BR
65
.I6E4
1917

THE UNIVERSITY
OF CHICAGO
LIBRARIES

Div.

The University of Chicago Libraries

Sancti Irenaei
Episcopi Lugdunensis

Demonstratio Apostolicae Praedicationis

Εἰς ἐπίδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος

Ex armeno vertit, prolegomenis illustravit, notis locupletavit

Simon Weber
S. theologiae doctor, ecclesiae metropolitanae Friburgensis canonicus, archiepiscopi a consilio.

Friburgi Brisgoviae MCMXVII
B. Herder
Typographus Editor Pontificius
Argentorati, Berolini, Carolsruhae, Coloniae, Monachii, Vindobonae, S. Ludovici

Sancti Irenaei

Episcopi Lugdunensis

Demonstratio Apostolicae Praedicationis

THE
CHICAGO LIBRARIES

Sancti Irenaei

Episcopi Lugdunensis

Demonstratio Apostolicae Praedicationis

Εἰς ἐπίδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος

Ex armeno vertit, prolegomenis illustravit, notis locupletavit

Simon Weber

S. theologiae doctor, ecclesiae metropolitanae Friburgensis canonicus, archiepiscopi a consilio.

Friburgi Brisgoviae MCMXVII

B. Herder

Typographus Editor Pontificius

Argentorati, Berolini, Carolsruhae, Coloniae, Monachii, Vindobonae, S. Ludovici

BR65
.I6E4
1917

Imprimatur

Friburgi Brisgoviae, die 11 Aprilis 1917.

‡ **Thomas,** Archiepps

Omnia iura reservantur

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae

746476

Pb 2134

PRAEFATIO.

Sanctus Irenaeus Lugdunensis episcopus tantae dignitatis pater tantaeque vetustatis auctor est, ut scripta eius Ecclesiae et scientiae maximi pretii esse debeant. Atque omnes, quorum theologiam christianam interest florere, magna exspectatione nuntium accipiebant, perditum a saeculis huius patris opus repertum esse. Cum prima textus armeni et versionis germanicae editio in lucem prodiisset, ego doctum virum Armenum adii, ut opusculum in linguam latinam verteret. Cui hoc facere non placuit neque alius usque adhuc theologus aut philologus hunc laborem subiisse videtur. Quare ego me inutile onus non suscipere putans versionem tandem latinam e textu armeno composui, postquam alteram germanicam interpretationem edidi. Aliter atque in germanica interpretatione hic procedebam. Id enim perficere studui, ut verbum e verbo transferrem et lectori, in quantum fieri poterat, analogis armenae linguae in latina compositionis verborum modis servatis eorumque ordine retento fidelem imaginem textus armeni in lingua latina proponerem. Si talis versio ab ingenua venustate latinae linguae plurimum recedit, benevolus lector ratione finis positi habita interpreti indulgeat. Eum enim attigisse theologis utilitati erit, quamquam negandum non est, sententias sancti patris sine detrimento veritatis et cum magno emolumento lectoris elegantiore stilo proferri potuisse, sicut etiam in germanica interpretatione

tentavi. Cum verbum armenum fideliter reddere voluissem, non semel vocabula retinui, quae secundum leges latinae linguae omittere licet. Haec vocabula in uncis rotundis ( ) inclusi. Quo perspicuitas sensus servaretur, saepius appositio vocabuli utilis fuit, quod contextus vel sensus commendabat. Haec vocabula signo uncorum quadratorum [ ] cognoscuntur. Appositiones hoc signo distinctas quilibet concedet, etiam si eas sine signo adiunctas non probaret. Si editores textus armeni et principis versionis germanicae hoc versionis opus additamentum accipiunt, quo ab eis reperta praedicationis apostolicae demonstratio latius diffundatur et divulgetur, finem quem assequebar recte intellegunt. Quamvis non semel ab eorum opinione recesserim et hoc in notis indicaverim, non manus polemica haec scripsit, sed studium veri et iusti ad scribendum movit.

Lector, cum me in hac e verbo expressa versione aliquoties ab interpretatione doctorum Armenorum declinavisse legerit, me praeviis indicare notis desiderabit, de quibus locis alia sit animi mei sententia. Ut minora omittam, eum ad capita 1 8 11 12 24 25 26 27 34 36 43 46 48 49 53 54 61 64 65 70 71 72 87 89 90 93 97 revoco. E notis benevolus lector imprimis in p. 28, b; 29, h; 30, f; 33, i; 34, d; 35, i; 37, b; 43, b d; 45, a e; 46, h; 50 e; 52, f; 57, g; 59, d; 61, d; 63, e; 79, p; 80, b; 84, b; 90, g; 92, a d; 98, f; 100, a; 101, c; 104, c; 108, g k; 114, d; 115 c; 117, b c d; 118, c h attendat. Vestigia tandem textus Sacrae Scripturae per totum opus tanto incremento retegebantur, ut indicatio specialis supervacanea sit.

In opere imprimendo mihi RRDD. Carolus Braig professor s. theologiae et Antonius Wanner sacerdos gratissimo corrigendi cum labore adiutores fuerunt.

Quibus gratias agendi officium hoc mihi loco iucundum est.

Facta est haec versio tristibus temporibus, cum tonitrua tormentorum belli fenestras verberant et deiecta hostium per aera volantium tela super aedes pacificorum civium circa domum meam sitas funesto impetu irruunt. Utinam benevoli lectoris sors in tempora incidat, quibus populi metu divini numinis, caritate Christi, fide religionis uniti emolumentis pacis fruantur. Quod Deus providebit.

Friburgi Brisigavorum in coena Domini 5 Aprilis 1917.

S. Weber.

INDEX.

PROLEGOMENA.

I. DE S. IRENAEI OPERIS TRADITIONE, EDITIONE, VERSIONIBUS.

Eusebius Caesariensis in Ecclesiastica historia operis S. Irenaei mentionem facit, quod *εἰς ἐπίδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος* inscriptum esse videtur et Marciano cuidam dedicabatur. Praeter hanc mentionem tot saeculorum cursu nihil prorsus de hoc opere innotuit, donec anno 1902 folium periodicum armenum, quod «Ararat» inscribitur, verba quaedam in lucem proferret, quae Stephanus, illustris Armenorum medii aevi philosophus, laudabat. Si quis spem nutrivit, fore ut opus, quod medio aevo apud Armenos adhuc exstabat, inter thesauros bibliothecarum illius terrae, saltem in interpretatione armena, reperiretur, brevi apparuit eum recte sensisse. Nam post duos annos contigit, ut Armenus vir doctus celeberrimi monasterii Etschmiadzin D. Karapet Ter Mkrttschian archimandrita inter libros ecclesiae Eriwanensis, quae sanctissimae Deiparae dedicata est, hoc opus in armenum translatum inveniret. Et cum triennium elapsum esset, in publicum textus armeni editio prodiit, addita interpretatione germana, auctoribus ipso Mkrttschian et D. Erwand Ter Minassiantz eius temporis archidiacono monasterii Etschmiadzin[1]. Post annum

[1] Des heiligen Irenaeus Schrift zum Erweise der apostolischen Verkündigung: *εἰς ἐπίδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος*, in armenischer Version entdeckt, herausgegeben und ins Deutsche übersetzt von

elapsum interpretationis huius germanae editio nova emendatior typis excusa est[1]. Librum repertum revera opus S. Irenaei esse e pluribus iisque certissimis signis perspicuum est. Primum in eo vestigia vides temporum, quae aetatem apostolicam proxime subsecuta sunt, sicut A. Harnack ratum habuit. Nam (c. 3 61 98) auctor doctrinae suae testium presbyterorum meminit, quos apostolorum discipulos suosque magistros appellat. Pericula gnosticorum errorum imminebant ecclesiae et auctorem operis impellebant, ut pestiferas eorum sententias refutaret (c. 8 11 38 44 45 46 97) detestareturque (c. 1 2 99). Ne autem longius putes ea progressa esse pericula, haud raro doceris non modo Christianos persecutionibus peti (c. 17 48) et Iudaeos abnegare Christum perseverare (c. 95), sed etiam Iudaismum foventes et a Paulo apostolo acriter impugnatas opiniones quorundam Christianorum prima memoria haberi (c. 87 89 91 95). Irenaeum autem operis auctorem esse inde colliges, quod Demonstrationis huius scriptor praedicationis apostolicae lectorem (c. 99) ad maius suum opus ad reprehensionem et destructionem falsi nominis scientiae conscriptum revocat, et textum laudat, quem in opere S. Irenaei Adversus haereses[2] invenies. Confirmatur haec de auctore sententia magna inter illud opus et hanc demonstrationem concordia idearum, quae imprimis e tribus posterioribus libris elucet. Vestigia auctoris etiam tempus, quo opus istud conscriptum sit, manifestant dies post annum 177 p. Chr. elapsos. Ex annotationibus in ipso codice contentis, imprimis ex subscriptione in fine libri apposita

D. Karapet Ter Mekerttschian und Lic. D. Erwand Ter Minasseantz, mit einem Nachwort und Bemerkungen von Ad. Harnack, Leipzig (TU Bd. XXXI, Hft. 1) 1907.

[1] Leipzig, Hinrichs, 1908. [2] Cf. c. 99 et Adv. haeres. l. 3 et 4.

editores cognoverunt codicem manuscriptum iussu archiepiscopi Ioannis, qui ob praecipuam suam doctrinam «Rabbun» cognominabatur et Ciliciae regis Hethum (1226—1270) frater erat, exaratum esse. Qui cum anno 1259 ad dignitatem episcopalem evectus sit, anno autem 1289 obierit, et cum in solis recentioribus manuscriptis nomen archiepiscopi ei detur, facile concluditur id tempore a 1270 ad 1289 elapso factum esse[1].

Editores descriptionem manuscripti codicis, qui hoc opus Irenaei continet, textui non apposuerunt. Solum ex annotatione paginarum eius in margine editionis adiuncta lector videt textum folia 222^{r} usque 268^{v} operire. Neque etiam in editione armenae interpretationis quarti et quinti libri Irenaei Adversus haereses refutationis, quae foliis 29^{v} usque 222^{r} eiusdem codicis habetur, libri descriptio accuratior exhibetur.

Interpretatio germana a D. Nicolao Fink, professore illius linguae in universitate Berolinensi, recognita est. Adolfus autem Harnack interpretationem annotationibus historicis et criticis auxit, quae ad finem editionis una cum eiusdem auctoris epilogo addebantur.

Alia versio germana ab auctore huius latinae versionis anno 1909 facta et 1912 edita est[2]. Inter quam et editorum textus armeni versionem haec differentia notari debet, ut doctorum Armenorum interpretationem textum ad verbum exprimere voluisse, alteram ingenii linguae Germanorum imprimis rationem ita habuisse attendas, ut verbo armeno minime neglecto, ubi sono Germanorum

---

[1] Editio 1907, p. IV.

[2] Des hl. Irenaeus Schrift zum Erweis der apostolischen Verkündigung, aus dem Armenischen übersetzt von Dr. Simon Weber, o. Professor an der Universität Freiburg i. Br., Kempten und München, Kösel, 1912.

linguae id magis congruere videbatur, sensus exprimeretur de sensu.

Armenorum editorum versio tamen hunc finem non in omnibus partibus assecuta est, ut fidele verborum et verum intellegentiae sine errore speculum in lingua Germanorum esset. Quod iam auctori alterius in linguam Germanorum versionis affirmare licuit, qui in praefatione eius modestis verbis asserebat eam non in omnibus rectam haberi posse. Hanc sententiam respiciens D. Erwand Ter Minassiantz in folio periodico «Zeitschrift für neutestamentliche Wissenschaft» vocato[1] 1913 acriter quidem hanc secundam versionem impugnavit, nulla ratione indolis eius habita, quam penitus ignorare videbatur. Auctor autem eius atroci impetu dignum responsum: «Randglossen zu Ter Mkrttschians und Ter Minassiantz' Übersetzung von der Epideixis des hl. Irenaeus», composuit et in periodico «Der Katholik» vocato 1914 I[2] in lucem edidit, cum emendatis qui in suam interpretationem irrepserant erroribus ipsam versionem a D. Ter Mkrttschian et a D. Ter Minassiantz editam et ab ipsis ut e verbo redditam proclamatam plurimis erroribus laborare et omissionibus et appositionibus valore accuratae et e verbo factae versionis in multis locis destitui demonstraret. Quorum in auxilium D. Lüdtke bibliothecarius universitatis Kielensis intendit. Cum supra descriptae indolis versionis secundae neque hic rationem haberet et supponeret eam sicut Armenorum editorum ut ad verbum expressam haberi velle, factum est ut Armeno critico assensum praeberet. Num ei licuerit hac suppositione niti, cum in «Randglossen» iam declaratum fuisset, quem finem e interpres attingere voluisset, alii

---

[1] Gießen, ed. Preuschen. [2] Moguntiae, ed. Schäfer et Selbst.

diiudicent. Modo ne negligant, quae illustri doctori Lüdtke in «Zeitschrift für Kirchengeschichte» 1914 p. 438—442 obiciebantur[1], legere. Fortasse dolebunt criticum suo officio satisfacere putavisse, cum contra tractatum «Randglossen» sententiam ferret et verba quaedam dura in Ter Minassiantz facta reprobaret, sed de more, quo Ter Minassiantz aggressus erat, paene taceret neque ullo verbo de emendationibus, quae tractatu «Randglossen» dicto sine dubio prolatae sunt, loqueretur. Attamen cum in exigua parte operis, de quo disseruit, plura errata versionis Armenorum doctorum significaret, ipse etiam *probavit,* quod auctor secundae versionis germanae declaraverat: *versionem Armenorum doctorum non in omnibus rectam haberi posse.* Cum hoc ipsum ab initio in quaestionem vocatum esset, causae graves non aderant, ut qui id ipsum probaret eum reprehenderet, qui primus hoc asseruerat, et qui atroci impetu adversarii dignum responsum dederat.

Quae tamen hic eo tantum fine in memoriam revocantur, ut status rei describatur. Nihil scriptoris interest, ut meritis eorum doctorum detrectet, qui egregium opus S. Irenaei invenerunt et magno labore et studio illud cum magno sane posterorum emolumento, quamvis non sine erroribus, primi patefecerunt. Ius autem in rebus scientificis libere iudicandi quisque sibi vindicabit, neque ullo modo obligamur, ut terrores adversarii sine defensione sustinentes errores servari tegi vera patiamur.

II. DE VERSIONIS ARMENAE ARCHETYPO.

Cum Armeni veteres plurima opera e graeca et Syrorum lingua in suam transtulissent et certis saeculis cum

[1] Gothae apud Friedr. Perthes ed.

Syris maiore quam cum Graecis commercio usi essent, quaeri debebatur, utrum S. Irenaei opus e graeca veritate an e syriaca versione reddiderint. Quanti valeat scire versionem e graeco factam esse, enumerare opus non est. Viri docti Armeni, qui opus reppererunt, iam argumenta protulerunt, quibus haec quaestio solvi videtur. Sanctus pater verba, quibus liber Genesis incipit, c. 43 secundum hebraicam linguam laudat. Interpretatio autem armena illa tantopere corrupit, ut sensus exiguum vestigium remaneret. Quae si respexeris, optimo iure cum his doctis Armenis dices interpretem Syrum textum hebraicum tantopere corrumpere non potuisse, neque interpretem Armenum, qui e syriaca lingua opus vertisset, textum tanta corruptione verborum admixta e syriaco archetypo transsumpsisse, cum syriacae linguae peritus mendosum esse locum deprehendisset. Facile autem intellegitur, quomodo librarius Graecus, qui neque hebraica neque syriaca lingua loquebatur, errores commiserit eosque commissos ex archetypo suo descripserit. Confirmatur insuper hoc argumentum modo scribendi quaedam verba, quae a Graecis et Syris diverso modo notantur. Versio armena haec Graecorum more «baresit» et «samentares» exhibet, ubi auctor Syrus «bareschit» et «schamentares» scripsisset. Quae rationes tam graves sunt, ut vestigia, quae syriacam originem suadere possint, paene nihil valere videantur. In armena interpretatione Irenaei operis Adversus haereses editi nomen S. Elisabeth syriaca forma Elischabeth scriptum est. Ibidem propheta Malachias nomine «angeli» inducitur et in ipsa Demonstratione apostolicae praedicationis (c. 65) Sacrae Scripturae locus apud prophetam Zachariam (c. 9, 9) secundum hebraicam sive syriacam orationis formam laudatur. Sed forma nominis Elischabeth iam alias in Armenorum

linguam irrepsisse putanda est, et consuetudo nomen Maleachi vertendi, ut angelus appelletur, iam apud LXX apparet, ita ut neuter locus signum syriaci archetypi esse possit. Verbum autem Zachariae secundum hebraicam vel syriacam formam laudatum etiam in graecis codicibus huic formae aequatum esse aut alio quodam modo ei assimilari potuit. Quae cum ita sint, vestigia certa syriaci archetypi adesse negandum est. Tamen argumentum, quo ad demonstrandum graecum archetypum docti Armeni iure usi sunt, tunc solum ad diiudicandam quaestionem sufficit, si constat interpretem Armenum hanc textus corruptionem iam ex archetypo graeco transsumpsisse vel ipsum hebraica verba fortasse falso audientem corrupisse. Quis hoc probabit, cum unum adhuc exemplar huius interpretationis habeamus, quod scriptum est aliquot saeculis postquam opus translatum fuit? Cuicumque autem fieri potuisse apparet, ut librariorum Armenorum manu hic locus hebraicus corruptionem passus esset, negabit ex eo solo archetypum graecum plena certitudine probari. Quare inutilis non fuit investigatio aliorum archetypi graeci signorum, quorum P. Dr. Vardanian Mechitharista [1], ut mihi videtur, apertissimum detexit. Nam in capitulo 25 substantivum graecum πάσχα armeno verbo «kirkh» vertitur, quod passio intellegitur. Interpres ergo Armenus vocem πάσχα graecam ante oculos habuit eamque a verbo πάσχειν derivavit, quod non fecisset, nisi graecum textum Irenaei prae se habuisset. Ad rem pertinet etiam, quod quaedam nomina sicut Sem, Messias, Bethleem graeca forma scribuntur et quaedam artis vocabula interpretum graecophilorum in textu apparent. Quae signa graeci archetypi a Daschian

---

[1] Handes 1910, 303.

ostensa in mea interpretatione germana inveniri possunt, si c. 47 55 61 81 inspiciuntur.

Hic solummodo animus ad modos vertendi intendatur oportet, quos in c. 7 8 15 41 53 71 72 91 breviter examinabamus. Diligentissima consideratione digni illi modi vertendi sunt, quibus interpres textum archetypi falso diiudicans in errorem seducebatur. Quales in hac versione armena Irenaei non deesse videntur. Etenim c. 3 10 11 singularem numerum adhibet, ubi plurali forma uti debebat. Quod factum esse verisimile est, quia fortasse vox archetypi ita scribebatur, ut per se singularis aut pluralis forma haberi posset, ab interprete autem erronee singularis intellegeretur. Deinde suspicari licet interpretem Armenum in c. 55 graecum ἦ (s. ἤτοι) cum coniunctione ἤ permutavisse. In c. 62 adiectivum nomen *χριστός* ab interprete nomen Salvatoris nostri intellectum et ita erronee versum est. Verba Isaiae c. 92 ita reddita sunt, ut facile cognoscatur interpretem graecam formam dicendi ante oculos habuisse. Idem concludes ex permutatione vocis *νόμος* cum voce *νομός*, quam Vardanian c. 81 invenit. Aliud me signum graeci archetypi in c. 90 invenisse credo, ubi in loco Ieremiae in textu armeno laudato vocem legis, quae civem sive oppidanum significat, cui in textu LXX vox *πολίτης* respondet, non autem in textu hebraico vel syriaco, ubi vox communis «socius» adhibetur. In c. 78 per texturam armenarum vocum graecae loquelae usitata structura *λόγους ἀποδιδόναι* translucet[1]. Simili modo sub armenis vocibus c. 67 graeca structura verborum latet *κρίσιν ἀνταποδιδόναι*. Cum in c. 53 nomen Messiae per nomen Christi declaratur, rursus graecus apparet archetypus,

---

[1] Liber epistolarum [arm.], Tiflis 1901, 413—482.

cum in textu syriaco nomen Messiae non egeat, ut nomine Christi illustretur.

Qui primi hoc opus invenerunt, etiam e tempore, quo in armenum versum fuit, argumentum pro graeco archetypo petebant. Nam eo tempore consuetudines cum Graecis arctius quam cum Syris Armeni iungebant. Opinabantur autem hoc opus altero dimidio saeculi septimi p. Chr. in armenam linguam translatum esse, cum prima S. Irenaei verborum commemoratio in aliqua epistula dogmatica reperiretur, quae Isaaco III. Armenorum catholico tribuenda esset, primaque in litteris Armenorum mentio S. Irenaei in epistula legeretur, quae ad imperatorem Constantem (641—668) inscribebatur, quam Sebeos historiographus Armenus conservavit[1]. Congruere huic opinioni, quod loci e S. Irenaei scriptis laudarentur ad demonstrandam incorruptibilitatem corporis Christi, quae illis temporibus inter Armenos in quaestionem disceptationemque vocaretur. Recte autem Conybeare[2] animadvertit non esse verisimile Armenos propter aliquos locos e scriptis S. Irenaei laudandos tota eius opera vertisse. Novissime D. H. Jordan[3] iam primo dimidio saeculi septimi Demonstrationem apostolicae praedicationis in armenam linguam versam esse opinatur. Certissime argumentum e silentio non prohibet, quominus hoc opus prioribus temporibus ab Armenis inter thesauros litteraturae suae positum esse putes. Quare licebit in memoriam revocare S. Irenaeum in sua Demonstratione c. 12 40 44 46 argumentis uti, quae quamvis alio ordine aliisque vocibus ab Eznik scriptore saeculi quinti in

[1] Petersburg 1879, 126: Et *Ierenios* Gallus discipulus Polycarpi in ecclesia Laodicensium.

[2] Armenische Irenaeusfragmente, Leipzig 1913, TU III, R. 6, Bd. 3, p. 126 203. [3] L. c. p. 203.

suo adversus haereticos libro I, 23 adhibentur. Attamen silentio praetereundum non est eundem, quae Irenaeus c. 18 commemorat, ibi minime rata habere.

Ad quaestionem diiudicandam etiam animadvertendum est opus Eznikii inscriptum esse «jeghts aghandoz» vel «jenddem aghandoz». Posterius Irenaei polemici operis inscriptionem repetit, quae Adversus haereses sonat, et quae apud nostrates usuvenit; prius autem inscriptionis verba commemorat, quibus Irenaeus in ipsa Demonstratione apostolicae praedicationis [1] polemicum suum opus laudat, id est «handimanuthiun jew *jeghts*umn stanun gituthean». Si Eznikius ipse opus suum hoc modo inscripsit, suspicione movearis licet ipsum Irenaei opus ante oculos habuisse eiusque inscriptionem imitatum esse.

III. DE TEXTU OPERIS TRADITO.

Editores, cum textum armenum in lucem ederent, apparatum criticum non apposuerunt, praeterquam quod paucis locis textum corruptum videri animadverterunt [2] aut vertendo a textu declinaverunt. Si autem reliquae magnae partis textum rectum esse iudicaveris, traditionem librarii nimia fiducia sequeris [3]. Ex multis quidem locis certissime concluditur interpretem Armenum tractatum S. Irenaei e verbo fideliter expressisse [4], quamquam ingenii linguae haicanae rationem habuerit, cum non raro pro verbis graecis simplicibus duplicatas armenas voces adhiberet, sicut iam Vardanian [5] cognovit, quod etiam in aliis versionibus armenis e graeco factis de-

---

[1] C. 99. [2] Vide c. 2 22 24 43 45 50 53 56 68 79 89.

[3] Vardanian in Handes a. 1913, 326 sqq.

[4] Cf. Hermann Jordan l. c. 204. [5] Handes 1910, 304.

prehendi applaudente Lüdtke[1] Conybeare[2] probavit. Praeterea perpauca mutavit eorum respectu habito, pro quibus versio suscipiebatur[3]. Attamen iam interpres ab errore immunis non mansit, sive in textu graeco diiudicando a vero aberravit, sive attentione animi languescente ex defectu oculi quaedam omisit vel ex defectu auris aut festinatione corrupit[4].

De aliis locis dubium oriri potest, utrum corruptio textus omissione nata auctori versionis aut librario tribui debeatur. In enumeratione donorum Spiritus Sancti[5] unum donum scientiae non invenitur. Quod cum paulo inferius expresse nominetur, vix credi potest iam S. Irenaeum hoc loco erravisse, sed verisimillimum est aut interpretem aut librarium vocem omissise. Cum versus finem eiusdem capituli nexus idearum male explicetur, quaedam verba iterum excidisse puto. Inconstantiam in servanda propositionis coeptae forma[6], quam invenies, facile interpretis esse iudicabis. Non pauca autem sunt, ubi librarium seu exscriptorem, sive cum nimis festinaret, sive attentione remissa erraret, textum corrupisse manifestum est. Syllabae sunt omissae[7], aut voces[8], aliae bis positae[9], verba et litterae permutata[10], verba aut syllabae adiuncta[11], ut ordo propositionis deturbaretur[12], seiungenda copulata[13], formae vicinae erronee conformatae[14]. Cum quae hic corrupta esse appareat, plerum-

---

[1] Zeitschrift für Kirchengeschichte 1914, 259.

[2] Huschardzan, Venetiis 1901, 193.

[3] Vide c. 43 53. [4] Vide c. 10 13 21 48 90.

[5] C. 9. Similis error c. 53 adesse putandus est.

[6] C. 96. [7] C. 12 15 22 30 48 57 (?) 65 (?) 73 81 83 94.

[8] C. 17 18 22 23 33 43 94. [9] C. 27 64.

[10] C. 10 13 (?) 18 24 33 36 39 42 45 46 48 49 55 56 61 81 (?) 85 96. [11] C. 18 27 33 83 84 93 97.

[12] C. 36 43 50 83 96. [13] C. 3 74 89. [14] C. 56.

que cum natura linguae armenae cohaereant, manifestum est, esse errata Armeni librarii, nisi forte ipsius interpretis fuerunt. Qui errores plerumque lectorem non impediunt, quominus rectam textus formam cognoscat et eam restituat. Multo minus a recta sententia S. Irenaei cognoscenda lectorem arcent, si perpauca excipias, ubi perdifficile est genuinum auctoris sensum investigare[1].

Non defuit doctorum apertissimos errores corrigendi et dubios locos illustrandi studio actorum matura sollertia. Secunda Ter Minassiantzii versionis editio emendationes a Nestle[2] et Conybeare[3] propositas in notis marginalibus adiunxit. Accesserunt criticae inquisitiones, quibus illustris Mechitharista P. Aristakes Vardanian[4] quosdam operis locos emendavit et illustravit. Labores eius meae in linguam germanam factae versioni[5] multum profecerunt, cum aliquas res enodarent et aliarum explicationes iam a me factas confirmarent. Ibidem emendationem, quam Mechitharista P. Akinean[6] optimo iure necessariam iudicavit, protuli. Quibus adiungenda sunt, quae nuperrime Lüdtke[7] de aliquibus locis emendandis disserebat. Tandem in foliis periodicis, quae «Theologische Quartalschrift»[8] et «Der Katholik»[9] inscribuntur, inveniet lector emendationes ab auctore huius versionis disputatas, quae etiam infra breviter repetentur.

---

[1] Cf. H. Jordan l. c. 204.

[2] Vide infra c. 20 49. [3] Infra c. 53.

[4] Cf. eius animadversiones in Handes 1910, 281 sqq. 301 sqq. 326 sqq. editas ad c. 3 5 18 21 26 36 65 81 89 98, de quibus infra referetur.

[5] Theol. Quartalschrift 1909, 560 sqq., et Bibliothek der Kirchenväter IV, Kempten-München 1912. Irenaeus II 585 587 642 648.

[6] Infra c. 49. [7] Infra c. 13 65.

[8] Tübingen 1909, 560 sqq.; 1911, 162.

[9] Mainz 1914, I 18 20 24 27.

IV. DE OPERIS INDOLE ET FINE.

De charactere literato huius operis in epilogo ad versionem, quam editores textus armeni exhibebant, primus Adolfus Harnack disseruit. Qui opus imprimis ad confortandos in religione christiana fratres scriptum esse putat, quamvis finem refutationis haereticorum non omnino abesse fateatur. Sed etiam ad cognoscendam S. Irenaei observationem theologicam magni id esse momenti, cum episcopum clarissimum munere catechetae fungentem ante oculos ponat. Tractatum hunc aedificationi catecheticae inservivisse atque omnia religiosae doctrinae, quae episcopus Lugdunensis in maiore Adversus haereses edito opere proposuerit, capita etiam hic suscipi, cum non solum theologiae sed ipsius fuerint Irenaeo religionis materia, quam ut omnes christianae fidei sectatores noscerent necesse fuisse ille putavisset, ut fidem suam quisque contra haereticos defendere posset. Lectorem operis magnopere moveri, cum videat exeunte secundo saeculo Lugduni Christianos hoc modo instructos et rectos fuisse, quo res hierarchicae omnes fere desiderentur, caerimoniae certissime abnegentur, in spiritualibus autem in veritate, voluntate et opere morali omnia posita sint, auctoritas Ecclesiae et traditio non inducantur et demonstratio biblica sufficiat, etiam sacramenta, quorum omnino non desit mentio, recedant.

Alius auctor[1] hanc sententiam approbans Irenaei in hoc opere de re ethica patefactam doctrinam characteribus vere «reformatoriis» gaudere proclamavit. Tertius auctor[2] huius operis cum Apostolicis constitutionibus et S. Augustini De catechizandis rudibus tractatu

[1] Krüger, Theol. Literaturbericht 1907, n. 3, p. 301 sq.

[2] Drews in Zeitschrift für neutestamentl. Wissenschaft 1907, 226 sqq.

comparatione movebatur, ut catecheticam huius operis indolem assereret.

Inter catholicos auctores Dr. Gerhard Rauschen huius opinionis fautor exstitit [1].

Si quis, loquendi solummodo et docendi formam spectans, opus inter catechesis tractatus habet, non est quod disputem.

Eum vero, qui hoc cum illis auctoribus ea mente affirmat, ut totam christianae religionis doctrinam a fidelibus amplectendam Irenaeum hoc tractatu proposuisse contendat, velut si plenam et omnia christianae religionis illorum dierum doctrinae capita saltem breviter exponentem catechesim ille conscribere voluerit, verum attigisse prorsus negari necesse est. Atque omnes errant, qui aliena a religione Irenaei capita fuisse somniant, quae in hoc opere non explicantur, sicut de argumentis fidei ex traditione et auctoritate ecclesiastica petendis aliisque rebus dictum est.

De quo prudens lector eo minus in dubio versari potest, quod Irenaeus de libri sui fine multis locis aperte eum docet et claris verbis manifestat, quos laboris sui fructus exspectaverit. Iam in primo capite episcopus se opus ipsum perfecisse dicit ad fidem discipuli corroborandam, ita ut quivis sibi persuasum habere debeat, eum a discipulo suo iam sciri res quae fide tenentur putavisse eumque rationes solas quibus fides nititur declarare voluisse, ut illa corroboraretur. Expressis verbis ibidem promisit ei se rationes eum docere velle, quibus falsos doctores confundere, benevolos autem homines cum *omni fiducia* ad christianam doctrinam adducere valeat. In capite secundo discipulo necessitas rectae fidei necessi-

---

[1] Liter. Rundschau, Friburgi Br. 1908, 468.

tatis rectae conversationis morum comparatione illustratur, in tertio recta fides bonorum morum dux declaratur, unde colliges Irenaeum ad lectorem scripsisse, qui christianae conversationis leges bene sciverit iisque corde pleno adhaeserit. Quid, quod Marcianus iam c. 1 vir describitur, cuius officium fuit, ut alios de fide doceret et animarum saluti provideret? Non ergo opus erat, ut illi religionis elementa exponerentur, nec nobis licet elementa ista ex hoc opere colligere cuncta. A quarto capite usque ad quadragesimum secundum Irenaeus sane primitivam Dei apud homines notitiam eiusque per Verbum et Spiritum Sanctum semper factam cum hominibus relationem complectitur. Sed tantum abest ut hisce rebus expositionis suae finem se attigisse existimaverit, ut eas velut mere introductorias habuerit, post quas demum ipsa demonstratio veritatis probandae inciperet. Tum tandem statuit historiae facta, quae explicaverat, cuncta ita Spiritum Sanctum futura esse annuntiavisse per prophetas, ut fides veritate Deum colentibus confirmaretur (c. 42), dicendo: «Cuncta haec ita futura esse prius annuntiavit Spiritus Dei per prophetas, ut confirmaretur apud illos fides veritate Deum colentium. Nam quod penitus impossibile erat nostrae naturae et propter hoc parvam fidem erat adducturum hominibus, haec Deus per prophetas fecit prius annuntiari, ut ex antecedente praedicto ante multa tempora facto et ex eventu tandem ita impleto, sicut antea dictum fuerat, cognoscamus, quod Deus erat, qui antea nobis nostram redemptionem annuntiavit.» Quae sequuntur, dicta prophetarum repetunt, quibus Christum iam in Vetere Testamento annuntiatum esse cognoscitur. Singulas clarus apologeta de Messia prophetias percurrit eo studio ductus, ut demonstret, quomodo illae prophetiae in Christo Iesu im-

pletae sint. Quantum sua interfuerit, ut hunc demonstrationis finem assequeretur, caput 66 docet, ubi haec omnia, sicut prophetata fuerant, in Christo esse impleta expresse affirmat. Neque rationem tacet, cur talis probatio ab eo tanti ponderis aestimetur. Nam in capite 86: «Ergo, si prophetaverunt, inquit, prophetae Dei Filium supra terram appariturum esse, et si prophetaverunt, ubi terrarum et quomodo [nascatur] et quis eum apparere narret, et omnia haec prophetata Dominus in se ipsum suscepit, firma erat nostra fides et vera praedicationis traditio id ipsum est apostolorum testimonium.» Similiter in capite 40 leges: «Hic [Iesus] . . . venit in Iudaeam, unctus Dei, ostendens ipsum esse prius praedicatum per prophetas.» Irenaeus ergo id spectabat, ut lectorem suum de rationibus erudiret, quibus fidem nostram, doctrinam et leges quae fide tenentur, veram esse apparet. Quas rationes se et lectorem cognovisse putabat, cum a Deo profluxisse doctrinas et leges religionis christianae videret. Nam quae a Deo profluxerunt, vera sunt. Et a Deo profluxerunt christianae religionis doctrinae, si auctor earum a Deo missus est sive ipse Deus est. Itaque Irenaeus, ut religionis christianae doctrinas generali quadam ratione veras esse probaret, id assequi debuit, ut signum ostenderet, quo manifeste Christum a Deo missum esse appareret. Revera id factum esse eo probatur, quod prophetae eum prius annuntiabant et prophetata omnia in eo implebantur. Nam futura scire eaque hominibus, antequam fiant, certe revelare solius Dei est. Quem igitur Deus missum iri praedixit et in quo praedicta a Deo impleta esse constat, is vere a Deo missus est et divina auctoritate valens doctrinas et leges statuit; et rationes veritatis religionis christianae generales attulit in Christo auctore

praedicta prophetarum impleta esse qui ostendit. Haec est probatio christianae veritatis apologetica, qua procedere necesse est, quia intellectus humanus naturalibus rationibus veritatis fidei eget, haec ipsa autem supernaturalis est hominis scientiam et intellectus humani ingeniosas et acutissimas virtutes vincens et interna veritatis evidentia cognosci nequit. Irenaeus ipse manifestat se tali sententia ductum fuisse, cum librum ad demonstrandam praedicationem apostolicam hunc conscriberet, sicut et ex supra laudatis capitis 42 sententiis perspicuum est. Eadem persuasione munitus in capite 43 proclamat Deo in omnibus credendum esse, quia ipse in omnibus verus est. Quin etiam tertio capite dixit ad fidem sive ad credendum «veritatem inducere», cum fides veris niteretur factis. Ergo Irenaeo probandum erat, factum verum esse Iesu Christi divinam missionem, qua ipsius doctrinas Dei esse nosceremus, qui, cum in omnibus verus esset, dignus est, cuius revelationes omnes fide certa amplectamur. Officium iniunctum recte exsecutus, apostolis factorum quae de Iesu Christo narrantur testibus invocatis, ostendit in vita Iesu à prophetis prius annuntiata impleta esse. In c. 99 demum quaedam adiunguntur conclusiones, quae e re demonstrata deductae sunt. Etiam ex iis colliges id patrem Ecclesiae Lugdunensis praeprimis spectavisse, ut revelatae religionis iudaicae et christianae auctorem unum verum Deum divinis prophetiis impletis demonstraret. Nam ad ea, quae praecedentibus capitibus exposuerat, respiciens illos increpat, qui Deum Patrem alium quam creatorem esse asserebant, et illos, qui incarnationem Filii Dei et dona Spiritus Sancti contemnebant neglectis iis, quae a prophetis praedicta implebantur. Qui hunc demonstrationis modum apologeticum adhibet, singulas fidei doctrinas omnes

declarandas non suscipit solaque ea proponit, quae ad finem attingendum necessaria sunt. Cum id in scriptoris animo fuisset, in capite primo promittere potuit se ita processurum esse, ut lector paucis multa assequatur et omnia corporis veritatis membra exiguo noscat demonstrationesque rerum divinarum brevi faciendas accipiat. Congruit optime huic animo quod Irenaeus dicit: «tamquam principalius commentarium mittimus tibi [librum hunc], ut quasi paucis multorum fias particeps» (c. 1), et in c. 52 denuo explicat: Cum impossibile sit totam Scripturam Sacram ordine *in testimonium* proferre, ex his etiam alia iis similiter sonantia esse noscenda fide Christi et oratione ad Deum ducto, qui sapientiam et intellectum praestet ad intellegenda prophetarum dicta. Accedit quod in capitulo tertio affirmat demonstrationem se prosequi ratione naturali intellegendam dicens: Ad fidem ducit veritas, etenim fides veris nititur factis.

Tantum igitur abest ut, quae Irenaeus in hoc opere tacuit, a fide illius temporis aliena esse dicas, ut ad alia, de quibus non disseruit, praesumenda eius argumentis adducaris. Revera numquis opus catechesim totius fidei declarare audebit, quod omnia praetermittit arcana, quae Christi Ecclesia et Sacrae Scripturae revelatio de vita post mortem futura revelavit, quodque de decem mandatis a christifidelibus faciendis, de ratione recte precandi, de modo quo illi sacramentis praesertim paenitentiae et eucharistiae muniendi sint, paene nihil habet? Quae cum desiderentur, opus eo minus catechesis de religione christiana a fidelibus exercenda haberi potest, cum Ecclesiam sacramentis uti ordineque hierarchico pollere certissime ex illo appareat. Itaque a vero toto caelo aberrare dicendi sunt, qui ea, quae in hoc opusculo non

praedicantur, omnia ab Ecclesia illius aetatis aliena fuisse putant, qui opus spiritum «reformatorum» posteriorum saeculorum redolere affirmare audent.

Neque dubitabis hoc iudicium de ea opinione ferre, quae doctrinam de moribus ab Irenaeo hoc opusculo traditam coloribus doctrinae a «reformatoribus» prolatae tinctam esse dicunt, cum nesciant, quae revera Catholicorum moraliter agendi sint principia quaeque arcta eorum cum veteribus sanae doctrinae concordia. Nam S. Irenaeus, qui in c. 97 scripsit: «Ubicumque aliquis e credentibus ei invocabit nomen Iesu Christi deprecans eum et faciens voluntatem eius, prope et praesens adest perficiens preces eorum, qui mundo corde deprecantur eum», quantumvis fidei ad iustificationem vim et necessitatem doceat, numquam opera ad salutem necessaria esse negavit. Si episcopus Lugdunensis in regno Christi non urgeri mandata dixit (c. 96), non ut ea, quae mandatis iubentur, neglegerentur, concessit, verum ea non *servilis* ingenii oboedientia sed libera boni dilectione facienda esse demonstrare voluit, ut perfectus regni Dei civis non haberetur, qui solum coactus bona faceret. Cuius rei etiam memor sis oportet, si de caerimoniis quae senserit, inquiris. Qui scripsit: Neque iubetur unum diem requietis vacare qui semper sabbatum observat, id ipsum est in templo Dei quod est corpus hominis, servitium cultus facit Deo et omni tempore operatur iustitiam, abolere non voluit unius diei hebdomadis sanctificationem, sed eam non servili ingenio erga mandatum Dei praestita oboedientia verum libera fidelium erga Deum pietate efficiendam esse proclamavit. Felici quadam cum abundantia discipulus Polycarpi non solum de tertio decalogi mandato, sed etiam de quinto, de sexto, de decimo ita locutus est, ut, qui de tertio

mandato prolata eius verba ita interpretari vellet, ut eum unius diei hebdomadis sanctificationem in regno Christi abolevisse diceret, etiam absurde dicere cogeretur: Irenaeum occisionem hominis, adulteria et fornicationes et furta licita esse docuisse, quae calumnia ipsissimis sancti patris verbis retorqueretur.

Clara cognitio accepta de charactere et fine apologetico a c. 42 usque 100 opusculi perpetuo servato et petito non destruitur, cum capita praecedentia percurrimus. Quamquam ista speciem catecheticam prae se ferunt, cum quaedam fidei capita exponere videantur, tamen apologeticae rationi minime adversantur, immo vero ad apologeticam probationem praeparant et in toto suo ordine ab hoc fine reguntur. Etenim oblivisci non debemus iam in his partibus hanc rationem expresse esse declaratam, sicut superius ostensum est, inque earum expositione plura omissa esse declaranda, quae ei non omittere licuit, qui fidei expositionem systematicam quamvis exiguam exhibere studet. Ordinem autem ratione apologetica regi tum reperies, cum investigaveris, quae s. pater his partibus prioribus disseruerit. Nam prodromo consummato Irenaeus de relatione inter Deum et hominem agit eiusque fundamenta in ratione humana et rerum natura posita necnon modos ab utraque parte historice observatos ostendit. Qua in re cum abstinere non possit, quominus disrupta esse per hominis peccatum eiusque maledictiones vincula amoris et gratiae Dei et hominem lapsum in errorem et flagitia narret, simul gaudet de miseratione, qua Deus perditam ovem sua providentia et tot saeculorum cursu clementer peractis dispositionibus ad salutem reducere tentans per Iesum Christum opus redemptionis exercebat. Hinc episcopus et religionis necessitatem demonstrat et, cum eam sola

per Christum divina auctoritate aperta et sanctificata via digne instituendam esse dixerit, permagnam quaestionem posuit, quibus argumentis tam ardua tamque gravis propositio de divina christianae religionis auctoritate totiusque christianae de rebus religionis doctrinae veritate probaretur.

Ne dixeris operae pretium non esse de indole et literato charactere huius opusculi sermonem tantopere protrahere. Eius enim notitia recluditur ille perniciosus error, qui omnia fidei capita christianae religionis Irenaei temporibus vigentis his foliis contineri, quaeque Ecclesia posterioribus diebus plura dogmata docet, non esse germani christianae religionis ingenii affirmat.

Totam igitur s. episcopi operis materiam in duas partes dividendam esse duximus, quarum prima post introductionem c. 1—3, 5 datam de religione divina institutione posita c. 4—16 et Dei miseratione post hominis lapsum restituta c. 17—30 et per Iesum Christum Filium Dei perfecta c. 31—42, 5; secunda de divina auctoritate Iesu Christi mediatoris electi et religionis restauratae auctoris c. 43a—52, per prophetias c. 52—84 in eo et c. 85—97 in ecclesia christiana completas probanda agit, cum c. 98—100 facta cohortatio opus concludat.

Alio modo Harnack de indole opusculi iudicavit. Is quattuor partes amplitudine et gravitate valde inaequales secernit. Prima pars prologum continet et fidei substantiam apud baptismum traditam fusius describit c. 1—8. Secunda historiam revelationis Dei et opera salutis usque ad ingressum gentis in terram Israeliticam narrat, quam commemoratio Davidis et Salomonis et prophetarum exinde resuscitatorum concludit (c. 9—30). Tertia pars incarnationem Filii Dei a prophetis annun-

tiatam eiusque redemptionis opus, eius exsistentiam, modum, necessitatem, efficientiam, iustificationem per fidem declarat, Ioannem Baptistam et apostolos testes advocat et gravem [ad sanctam conversationem] obligationem statuit (c. 31—42). Quarta prophetias singulas de Christo annuntiatas recenset (c. 43—97), et quidem de essentia Christi, praeexsistentia et apparitionibus in Vetere Testamento agentes (c. 43—56), deinde illas, quae incarnatum a nativitate usque ad ascensionem, missionem apostolorum et vocationem gentium praedicant (c. 57 ad 97). Totum concludit brevis haeresum trium praecipuarum descriptio, quae de Patre aut de Filio aut de Spiritu Sancto errores spargunt (c. 98—100). Difficile est rationem assignare, quae hunc partium nexum commendaverit et ut istae materiae hoc ordine coniungerentur suaserit.

Si hanc operis divisionem cognovisti, quaeras oportet, quare Irenaeus ad ea, quae supra exposuit, tantopere protractam prophetiarum explanationem adiunxerit. Si respondetur: ut Christi missionem probaret, iam nova quaestio exoritur de ratione cur solam hanc missionem probandam esse duxerit, aliarum autem rerum quas docebat probationem omiserit. Iam patebit in opere expositionem quandam a probatione distinguendam esse et priorem posteriori inservire, ita ut a probatione, quae vere apologetica est et in secunda parte c. 42—97 perficitur, character literatus totius operis ut a parte et amplitudine et valore potiore determinetur.

Qui Harnack operis dispositionem congruam esse internis rationibus ductus dubitaverit, ita opus ipsum perscrutando inveniet auctorem eius finem totius opusculi et valorem singulorum membrorum non recte declarasse.

Itaque nos versioni latinae nostram dispositionem addidimus. Tamen ab Adolfo Harnack secreta centum capita retinuimus, quamquam neque nostrae dispositioni ubique congrua sint, neque ubique materiae ingenitam divisionem reddant, cum id et facilitas laudatos locos inveniendi et locos laudandi in modo concordia admodum desideranda suaderet.

DEMONSTRATIO APOSTOLICAE PRAEDICATIONIS LATINE REDDITA.

COMMENTARIUS DE VERITATIBUS FUNDAMENTALIBUS AD DEMONSTRATIONEM APOSTOLICAE PRAEDICATIONIS SERVIENTIBUS.

INTRODUCTIO.

Quae auctorem ad opus scribendum impulerint[1].

1. Cum sciam, dilecte mi Marciane, qua propensa sis voluntate[a], ut in Dei servitio ambules, quod et solum ad aeternam vitam perducit hominem[b], et gaudii consors exsisto tibi et precor, ut inviolate fidem custodiendo placeas, qui te creavit, Deo.

Utinam aliquo modo fieri possit, ut semper ad invicem consortio[c] utamur et alter alterum adiuvemus et allevemus vitae in terris[d] molestiam perpetua de rebus lucrificis[e] concordia sermonum.

Attamen cum praesenti tempore corpore separemur alter ab altero, in quantum facultas est[f], quin scriptis

[1] Haec et omnes quae sequuntur suprascriptiones ab auctore latinae versionis additae sunt.

[a] Verbum e verbo exprimens scribes: propensam voluntatem, ad in Dei servitio ambulationem. [b] TM ordinem verborum mutavit.

[c] In textu armeno ante «fieri» praeponitur.

[d] TM: diesseitig. [e] TM: nützlich.

[f] TM verborum ordinem mutans: nach *unserem* Vermögen.

tecum aliquantulum loquerer, non moram fecimus, brevibusque veritatis praedicationem demonstrarem ad corroborandam tuam fidem.

Tamquam principalius commentarium[a] mittimus tibi, ut quasi paucis multorum fias particeps et omnia membra corporis veritatis parvo noscens et demonstrationes rerum a Deo [profluentium] brevibus[b] recipiens. Nam hoc modo et tuae fructum afferet salutis[c] et confundes[1 d] omnes falsum opinantes et, quicumque cognoscere voluerit, nostram causam integram et immaculatam propones [ei] omni fiducia.

Etenim una est et ascendens[e] omnium videntium via[2], illuminata caelesti lumine; sed multae[f] et caliginosae et contrariae non videntium viae, et illa ad caeleste ducit regnum coniungendo hominem Deo, hae autem descendere faciunt ad mortem[3] separando hominem a Deo.

Quare necesse est, ut tu atque omnes, qui provident animarum saluti, directe[g] et forti animo et firme con-

[1] Cf. Act 9, 22. [2] Prv 4, 18 sq. [3] Cf. Prv 12, 28; 14, 12.

[a] TM: wichtiges Erinnerungsschreiben. Ex fine operis, e continuatione textus, e vi vocis graecae κεφαλαιώδης, quae voce «principalius» redditur, concludendum est «principalius» hic idem valere ac (commentarium) principaliora solummodo vel fundamentaliora capita veritatis christianae exponens.

[b] TM: ein kurzes. [c] TM: deine Erlösung befruchten.

[d] TM etymologiam verbi armeni secutus: dazu bringen, die Augen niederzuschlagen.

[e] TM: allen zugänglich, cum «allen» non ad videntium sed ad «zugänglich» = patens trahit, quod loco ascendens posuit. Sed cum armena vox, quae «omnium» verti, in textu non declinetur, non videtur modo substantivi adhiberi sed modo adiectivi, ut non obiectum ad «zugänglich» significet, sed attributum alius nominis sit.

[f] TM: zahlreich. [g] Accuratius: non declinando.

versationem instituant fide, ne neglegentiae addicti et deficientes[a] praevaricentur et permaneant in mundanis cupiditatibus neque etiam seducti aberrent a recto.

2. Et quia compositum animal est homo ex anima et ex corpore[1], per duo haec exsistere ei congruit et convenit. Et quoniam ex utroque hoc sequuntur offensiones[b], et est [sive invenitur] corporis sanctificatio, continentia[c] [et] abstin[d]entia ab[e] omnibus inhonestis rebus et ab omnibus iniquis operibus et [est] animae sanctificatio, in Deum fidem integre custodire[f], nihil addendo nihilque auferendo ab ea. Nam hebetatur et odiosum redditur Dei servitium[g] foeditate, impudicitia corporis, et debilitatur et maculatur neque integrum est mendacio in animam ingresso; et[h] custodietur in pulchritudine et sua mensura, quando veritas in mente et sanctificatio in corpore perseverabit[i]. Quid enim prodest, si scitur[k] verum verbo et corpus inquinatur[k] et malitiae perficiuntur[k] opera? Aut quid omnino utile afferre potest corporis sanctificatio deficiente veritate in anima? Quoniam gaudent alter altero hi et concordant et pugnae socii fiunt, ut hominem in praesentia Dei constituant. Propterea Spiritus Sanctus per [os] David loquitur: «Beatus vir, qui non

[1] Gn 2, 7. Eccli 17, 1 5.

---

[a] TM: aus dem Geleise kommen.

[b] TM: Fehltritte.

[c] TM: so ist auch (!) die Reinheit des Leibes ein Vorbeugungsmittel etc.

[d] TM: durch das man sich enthält.

[e] Vel: praesidium (castitatis sive) continentiae etc.

[f] TM falso: um den Glauben etc. zu erhalten. Nam secundum Irenaeum sanctitas animae ipsa in fide consistit.

[g] TM: Frömmigkeit. [h] TM addit: wogegen.

[i] Accurate: assidua erit. [k] In armeno: Infinitivus.

ivit ad consilium[a] impiorum»[1], hoc est Deum nescientium generum consilium. Etenim hi impii sunt[b], qui entem [increatum] essentialiter Deum non colunt. Et propter hoc verbum ad Moysem dicit: Ego[2] sum, qui sum[c]. Itaque, qui entem [increatum] Deum non colunt, hi sunt impii. «Et in via peccatorum non stetit.»[3] Et peccatores sunt, qui scientiam Dei habent et non custodiunt eius mandatum, hoc est vilipendentes contemptores[d]. «Et in cathedra pestilentium[e] non sedit.»[4] Et pestilentes sunt, qui non solum se ipsos sed etiam alios perdunt pestifera[f] et incurvata doctrina. Sedes enim symbolum scholae est, et[g] huius modi sunt omnes haeretici[h]. In cathedra pestilentium sedent et pereunt[i], qui doctrinae eorum sumunt venenum[5].

3. Ne igitur tale quid patiamur nos, nihil declinantes fidei regulam nos tenere oportet et exsequi mandata Dei credendo Deo eumque timendo, quia Dominus est, et diligendo eum, quia pater est. Facere igitur fidem consequitur, quoniam Isaias, nisi credideritis, inquit, neque intellegetis[6]. Et fidem veritas acquirit, nam fides in rebus vere exsistentibus nititur. Etenim[k] exsistentibus,

[1] Ps 1, 1. [2] Ex 3, 14. [3] Ps 1, 1. [4] Ps 1, 1.
[5] Cf. Rom 3, 13; Ps 139, 4. [6] Is 7, 9.

---

[a] consilia? [b] TM: sind *es*, welche addens: «es».
[c] Accuratius: ens supremus seu supremum.
[d] TM addit: sind, quod in armeno non habetur.
[e] TM: Bösewichter.
[f] Sive: mala comminiscente. [g] TM addens: so nämlich.
[h] Arm. ajlaghandkh = aliis sectis adhaerentes [quam ecclesiae].
[i] TM: verderben, sed in armeno habes passivum neque invenies ibi obiectum: diejenigen.
[k] TM: damit wir. Quae constructio ut praesumatur, grammatice suadetur; tamen propter cohaerentiam dictorum superius proposita praeferenda esse videtur versio.

sicuti est[a], fidem habebimus, et credentes exsistentia, sicuti sunt semper, ad ea assensum firme servabimus. Cum igitur salutis nostrae conservatio[b] fides est, magnam curam de remedio hoc [nos] adhibere oportet (et decet)[c], ut exsistentium intellegentiam habeamus veram. Fides ergo efficit nobis hoc, sicut seniores, apostolorum discipuli, tradiderunt nobis. Primo[d] instructionem dat, ut meminerimus quia baptisma nos accepimus in remissionem peccatorum in nomine Dei Patris et in nomine Iesu Christi, Filii Dei incarnati et mortui et resuscitati[e], et in Spiritu Sancto Dei, et hoc baptisma sigillum esse aeternae vitae et regenerationem [1] in Deo, ne ultra mortalium[f] hominum, sed (ut) sempiterni et perpetui Dei filii simus. Et[g] sempiterne et iugiter ens[h] Deum esse et super omnia esse creata et omnia [prorsus] sub eum

[1] Io 3, 5. Tit 3, 5. 1 Petr 1, 3.

---

[a] Singularis numerus vestigium graeci archetypi esse apparet.

[b] TM: der immerwährende Erhalter. Loco substantivi continuatio sensum vocis armenae fortasse conservatio aptius redderet.

[c] De Armenorum interpretum more, quo usi originales voces simplices duobus verbis reddere malunt, vide Conybeare in Huschardzan (Venetiis 1911) 193: Das Alter der altarmenischen Übersetzung des Irenaeus. Si TM aliquibus locis has duplicationes vocum in germanica versione servavit, eum non decet mirari, me ei opprobrio dedisse, quod aliquoties alteram ex his vocibus vertere omisit, neque decebat Lüdtke de mea in TM facta invectione queri; vide Zeitschrift für Kirchengeschichte XXV (1914) 259.

[d] Sive: longe primo. TM: Vor allem.

[e] TM minus accurate: des auferstandenen.

[f] Sive: morti obnoxiorum. TM: der gestorbenen. [g] TM: damit.

[h] Pro zmischt jew haren Vardanian emendans legit zmischt jew har En; cf. l. c. 303.

[i] TM addit: (für uns); verbum armenum proprie significat: Deificari vel ut Deus haberi, ut Deus adorari. TM: Gott werde.

subici et subiectos sub se omnes eum facere[a], nam[b] non alii alicui imperat et dominatur Deus, sed suis, et sunt omnia Dei[1]. Et propterea omnipotentem esse[c] Deum et omnia (prorsus) a Deo.

PARS PRIMA.

De religione divina institutione posita eiusque cum fide christiana concordia.

SECTIO PRIMA.

Fundata super notitiam Dei creatione et gratia religio.

4. Necesse enim est facta[d] a magna aliqua causa principium fiendi habere, et principium omnium Deus[e] est. Quoniam non Ipse factus est ab aliquo, et ab ipso factum est unumquodque. Et propterea primo confiteri oportet (et decet), quod unus Deus est Pater[f], qui unumquodque fecit et adornavit, et fecit non ens ut esset[g], et unumquodque continens[h] solus a nullo contineri

[1] 1 Cor. 15, 26 sqq. Io 1, 3. Eph 4, 6.

---

[a] TM: die ihm Unterstellten alle ihm (zu eigen) gemacht werden.

[b] TM: damit. [c] TM addens: und daß *deshalb*.

[d] TM declinans a textu: Wir Gewordene (Nos facti).

[e] TM ordine verborum relicto «Deus» perperam subiectum propositionis habere videtur.

[f] TM hunc locum transferens iterum ordinem verborum textus armeni reliquit. [g] In armeno: fecit non ens ad (in) esse.

[h] Hisce verbis Dei immensitas et absoluta independentia docetur, cum nulli creaturae commetiatur et indigeat. TM in «ZntW» valde editorem huius libri increpuit, quia verba «antaneli» et «antar» germanicis «unermeßlich» vel «unendlich» aequale habuit. Sed doctus Armenus, cum sensum verbi «untragbar» solum propugnaret, parum attendit ad locum evangelii S. Ioannis 21, 25, ubi graecum χωρεῖν armeniaco «tanel» transfertur. Quod verbum graecum sine dubio signi-

potest[a]. Sed inter omnia etiam hic, qui iuxta nos mundus est, et in mundo homo. Ergo et mundus a Deo creatus est.

5. Hoc igitur modo ostenditur: Unus Deus, Pater, non factus, invisibilis, creator omnium, supra quem Deus alius (aliquis[b]) non est et post quem alius Deus non est, et quod rationalis est Deus et[c] propterea Verbo [rationis][d] facta creavit. Et Spiritus Deus, sic[que][e] Spiritu unumquodque disposuit, sicut et propheta dicit: «Verbo Domini coeli firmati sunt et Spiritu eius omnis virtus eorum.»[1] Ergo, quoniam Verbum firmavit, hoc ipsum est [opera] corporis (?) [s. corpore] operatur [vel incorporat[f]] et subsistentiam enti praebet[g], Spiritus autem disponit et format diversitatem virtutum, iure et merito

[1] Ps 32, 6.

ficat «contineri spatio», ut, si verbum negetur, de re quam spatio contineri negatur, immensitas affirmetur.

[a] In textu armeno adiectivum privativum adhibetur.

[b] TM om(ittit). [c] TM om.

[d] In textu armeno sibi hic correspondent banawor et ban, quae graecum λόγος et λογικός reddere videntur, in lingua latina autem vocibus aeque similibus exprimi nequeunt.

[e] TM ordinem verborum transmutavit.

[f] Secundum Vardanian (Handes 1910, p. 326 sq.), qui emendandum putat textum in marmnagortse, quod significat: σωματοποιέω, verkörpert, incorporat. Fortasse melius esset, si textus armeni verbum marmnoy, quod est genitivus vel dativus, in marmnov transformaretur, quod est casus instrumentalis. Qua emendatione posita praedicaretur, Filii opus in creatione mundi cum constitutione corporum produci, attamen ne hoc modo quidem S. Irenaei sequens conclusio declarari videtur.

[g] TM reddit: «Weil nun das Wort Festigkeit gibt, d. h. leibhaftig macht und die Wesenheit der Emanation verleiht.» Quae translatio clara non videtur. Quod nos «enti» transtulimus, TM «Emanation» vertit. Pro nostro subsistentia ille «Wesenheit» sive substantia ponit. In textu armeno «eloy» habetur, quod est dativus participii vel infinitivi praesentis verbi auxiliarii «em» = sum.

Verbum Filius[a], Spiritus autem Sapientia Dei appellatur. Bene ergo etiam Paulus, apostolus eius, dicit: «Unus Deus, Pater, qui[b] supra omnia et cum omnibus et in omnibus nobis.»[1] Etenim supra [omnia] omnes Pater est, sed cum omnibus Verbum, quia eius ope omnia facta sunt a Patre. Sed in omnibus nobis Spiritus, qui clamat: «Abba Pater.»[2] Et disposuit hominem ad similitudinem Dei. Ergo Spiritus ostendit Verbum, et propterea prophetae Filium Dei annuntiabant; sed Verbum fingit Spiritum; et propterea annuntiator prophetarum ipse est et assumens[c] ducit hominem ad Patrem.

6. Et haec est dispositio ordinis[d] fidei nostrae et fundamentum[e] aedificii et confirmatio conversationis. Deus, Pater increatus, independens [seu immensus][f], invisibilis, unus Deus, creator universi. Hoc (longe) primum caput[g] fidei nostrae. Sed secundum caput[g] Verbum Dei, Filius Dei, Christus Iesus Dominus noster, qui prophetis apparuit secundum speciem prophetiae eorum et secundum habitum[h] dispositionum Patris; per quem[i] factum est

[1] Eph 4, 6: εἷς θεὸς καὶ πατήρ. [2] Gal 4, 6.

---

[a] Si quaeras, quomodo dicta Irenaei conclusio praecedentibus tamquam praemissis fulciatur, difficile respondetur. Cum ex spirituali opere sapientia Dei nomen Spiritus aptum probetur, Irenaeus rationem, cur Filius Verbum appelletur, reddere tentat, postquam c. 3 de Filio iam locutus est. Declarat autem Filium apud Psalmistam Verbum nominatum esse ex eo apparere, quod Verbo apud Psalmistam opera tribuuntur, quae in aliis Scripturis (cf. Io 1, 1 sqq.; Col 1, 15 sqq.) propria Filii esse docentur; cf. infra c. 43.

[b] TM addit: da ist. [c] arm.: tareal, particip. perf. TM om.

[d] TM: Kanon. [e] TM: Grund.

[f] Arm.: antar; vide supra p. 29 n. h.

[g] Arm.: gluch. TM: Punkt. [h] TM: Tragweite.

[i] Pronomen relativum hic non ad praecedentem vocem Patris, sed ad Ch. I. Dominum nostrum referendum esse videtur.

unumquodque. Qui etiam in fine temporum ad perficiendum et instaurandum[a] unumquodque homo inter homines factus [est], visibilis et palpabilis ad destruendam mortem et manifestandam vitam[1] et communitatem concordiae Dei et hominis faciendam. Et tertium caput[b] Spiritus Sanctus, per quem prophetae prophetaverunt, et patres docti sunt de Deo[c], et iusti ducti sunt in viam iustitiae, et qui in fine temporum effusus est novo modo[d] in humanam naturam in omni terra innovans hominem Deo.

7. Et propter hoc regenerationis nostrae baptisma per haec tria procedit capita, in Deum Patrem regenerationem nobis donando[e], per Filium eius, cum Spiritu Sancto. Etenim qui susceperunt[f] et portant Spiritum Dei, ducuntur ad Verbum, hoc est ad Filium. Sed Filius assumens[g] introducit ad Patrem, et Pater tribuit[h] incorruptibilitatem[i]. Ergo non sine Spiritu videre licet[k] Verbum Dei neque etiam sine Filio potest quis accedere ad Patrem[2]. Etenim scientia Patris Filius et scientia Filii Dei per Spiritum Sanctum. Sed Spiritum secundum beneplacitum[3] Patris Filius per modum ministerii[l] administrat, quibus voluerit et quomodo voluerit Pater[4].

[1] 2 Tim. 1, 10. [2] Io 14, 6. [3] Cf. 1 Cor 12, 11.
[4] Phil 2, 13. Io 8, 29; 14, 31.

[a] Sive consummandum. TM: und zusammenzufassen.

[b] Arm.: gluch. TM: Punkt.

[c] TM: die göttlichen Dinge. Arm.: casus narrativus zastutsoysn.

[d] Arm.: norogapes = nove, recenter, novo modo.

[e] TM: indem Gott Vater uns zur Wiedergeburt begnadet mittels seines Sohnes durch den Heiligen Geist. Subiectum enuntiationis, ad quod «donando» referendum est, mihi videtur «baptisma» esse.

[f] TM om. [g] TM om.

[h] TM minus accurate: läßt empfangen. [i] TM: Unverweslichkeit.

[k] Textus armenus imitatur graecum οὐκ ἔστιν ἰδεῖν.

[l] Sive gratiae. TM: seinem Amte gemäß (?).

8. Et appellatur a Spiritu Pater excelsus[1] et omnipotens[2] et Dominus virtutum[3], ut nos discamus Deum, quia hoc ipsum est[a], hoc est[b] coeli et terrae et universi mundi creator, et conditor[c] angelorum et hominum et cunctorum Dominus, in cuius manibus unumquodque [positum] est et a quo nutritur unumquodque; misericors, clemens, mitissimus, benignus, iustus, omnium Deus, Iudaeorum et gentilium et credentium, sed credentium sicut pater. Etenim in fine temporum aperuit testamentum[d] filiationis; sed Iudaeorum[e] sicut Dominus et legislator, cum enim mediis temporibus homines obliti fuissent[f] et decessissent et defecissent a Deo, in servitutem eos duxit per leges, ut discerent, quia Dominum habent plastem et creatorem, et qui spiritum vitae largitur; et ei servitium praestare debemus die ac nocte. Sed gentilium[g] tamquam plastes et creator[h] et omnipotens; omnium[i] autem simul nutritor et alimentarius et rex

[1] Lc 1, 76. [2] Zach 4, 14. [3] Ir 31, 35.

[a] Armenum pronomen genus non significat. Mihi videtur «hoc ipsum» ad Pater excelsus etc. referendum esse. TM breviter vertit: daß dieser selbst.

[b] TM om. [c] TM: Bildner der Engel.

[d] TM: *Evangelium* der Kindschaft.

[e] TM dativum supponens: «den Juden», quod, quamquam verbo respondet, tamen intellegentiae non congruit.

[f] TM addit: «Gott», quod sensui congruit.

[g] TM iterum dativum supponit. Ceterum sensui parum congruit translatio: «Den Heiden aber ist (Gott) er, wie ein Schöpfer und Allherrscher.»

[h] TM ex duobus attributis Dei «Hastitsch jew araritsch» alterum omisit.

[i] Irenaeus ad fideles, Iudaeos et paganos recurrit, sicut in fine propositionis clare patet. Tamen TM simpliciter vertit: «zugleich auch als Ernährer und Brotgeber», tamquam sermo adhuc de sola Dei ad paganos relatione continuaretur.

et iudex, neque enim quis liber effugiet[a] iudicium eius neque Iudaeus neque gentilis neque qui peccatis tenetur quis fidelis, neque etiam angelus. Sed qui nunc diffidunt eius bonitati, cognoscent in iudicio potentiam eius, secundum quod beatus apostolus dicit: «Ignorans[b] quod bonitas Dei ad paenitentiam ducit te, sed secundum[c] duritiam tuam et impaenitens cor cumulas [tibi] ipsi iram in die irae et revelationis iudicii[d] Dei, qui foras[e] retribuet unicuique secundum opera eius.»[1] Hic est, qui appellatur in lege Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, Deus vivorum[2]. Nihilominus[f] eiusdem Dei celsitudo et magnitudo ineffabilis est.

9. Mundus autem septem[g] circumdatur caelis, in quibus virtutes et angeli et archangeli habitant, servitium cultus praestantes omnipotenti et omnium[h] conditori Deo, non tamquam egeno, sed ne et ii sint inertes et inutiles et maledicti[3][i]. Et propter hoc Spiritus Dei abunde inest[k], et in septem ministeriorum formis censetur ab Isaia propheta requiescentium in Filio Dei, id (ipsum) est in Verbo secundum ut hominis eius adventum; nam etiam «requiescet», inquit, «super eum Spiritus Dei, Spiritus sapientiae et intellegentiae, Spiritus consilii et virtutis

[1] Rom 2, 4—6. [2] Mt 22, 32.
[3] Cf. Mt 25, 30 34 sqq.; Lc 13, 7.

[a] TM: wird entgehen.
[b] Arm. participium, quod TM dissolvit: «Du bedenkst nicht.»
[c] Arm.: yest. TM accurate: mit.
[d] Respondit in armeno substantivum compositum formatum iuxta graecum *δικαιοκρισία* (Rom 2, 5).
[e] In armeno locutio pleonastica. TM om.
[f] Textus arm. praeponit «et». TM: Und trotz alledem.
[g] Cf. Valentini doctrinam: Theol. Jahresbericht pro 1907, XXVII (Lipsiae 1908) 301. [h] TM: von Allem.
[i] TM: segenlos. [k] In arm.: adessendo abundat.

et pietatis; replebit eum Spiritus timoris Dei.»[1][a] Ergo primum desuper caelum, quod circumdat cetera, Sapientia; et secundum ab eo intellegentiae [caelum] sed tertium consilii et quartum desuper enumeratum virtutis, et quintum scientiae et sextum pietatis et septimum hoc, quod apud nos est[b], firmamentum plenum timoris[2] huius Spiritus, illuminatoris caelorum[c]. Nam exemplar accepit Moses candelabri[d] septem calamorum[e] semper lucentis[f] in Sancto. Quoniam exemplar caelorum accepit[g] cultum, secundum quod Verbum ei dicit: «Facies secundum totum[h] exemplar eorum, quae vidisti in monte.»[3]

10. Ergo Deus hic glorificatur a Verbo suo[4], quod est Filius eius sempiternus, et a Spiritu Sancto, qui est sapientia Patris cunctorum[5]. Et horum virtutes[i], Verbi et Sapientiae, quae vocantur Cherubim et Seraphim, incessabilibus vocibus[k] glorificant Deum, et quaecumque simul in caelis constitutio est, gloriam affert[l] Deo, Patri cunctorum. Hic totum Verbo constituit mundum, et in mundo etiam angeli sunt, et universo mundo leges dedit, ut in suo staret et permaneret quodque (loco)[6] et

[1] Is 11, 2. [2] Sap 1, 7. [3] Ex 25, 40. Hebr 8, 5.
[4] Cf. Io 17, 1. [5] Cf. 1 Cor 12, 8; Eph. 1, 17.
[6] Cf. Ib 26, 10; 28, 26; Ps 103, 8 sq.; Prv 8, 29; Ir 5, 22.

---

[a] Omissum est in enumeratione donum quintum forte errore exscriptoris.
[b] TM: über uns. [c] TM addit «unseren».
[d] TM libere: Denn Moses hat *davon* das Ebenbild für den siebenröhrigen Leuchter genommen. Textus originalis quaedam pars deperdita esse hic videtur.
[e] Arm.: septem ramorum. [f] Arm. instrumentalis inf.
[g] TM: hat gemacht. [h] TM: genau.
[i] TM: Mächte. In textu armeno singularis. Fortasse in prototypo graeco *δύναμις* pro *δυνάμεις* interpres scriptum invenit nobisque vestigium linguae prototypi reliquit.
[k] TM: Lobgesang. [l] Arm. infinitivus.

definitos a Deo ne transgrederetur[a] fines, perficiens suum quodque imperatum opus.

11. Sed hominem suis plasmavit manibus, puriores et tenuiores[b] de terra (partes) sumens[1], moderate[c] inter se coniungens suam potentiam cum terra, et[d] quandoquidem creaturae suas[e] delineavit[f] formas ut et, quae viderentur, deiformia essent[g]. Etenim effigies Dei super terram positus est plasmatus [ab eo] homo. Et ut vivus fieret, insufflavit[2] in faciem eius spiraculum vitae[h], ita ut et secundum inspirationem [seu flatum] et secundum creationem similis esset homo Deo. Ergo erat liber et in sua potestate positus ad hoc factus a Deo[i], ut in ea, quae super terram essent, omnia dominaretur[3]. Et magnus hic mundus, creatura[k], a Deo paratus ante plasmationem hominis[l], homini datus est spatium[m], continendo in se unumquodque[n]. Et erant in spatio etiam cum operibus[o] servi Dei huius, qui creavit universum, et administrator princeps[p] habebat spatium hoc, qui super conservos positus erat; et servi angeli erant, sed administrator princeps archangelus[q].

[1] Gn 2, 7. [2] Sap 15, 11. [3] Gn 1, 28.

---

[a] Arm. infinitivus. [b] TM addit tertium adiectivum: weichste.
[c] TM: in bestimmtem Maß. [d] TM om.
[e] TM: seine eigenen Formen.
[f] Textus habet: paradrem loco paragrem.
[g] In arm. singularem numerum habes. TM addit: (in ihm).
[h] In arm. pluralis.
[i] TM: da er dazu von Gott geschaffen wurde.
[k] TM: dieser ganze Weltenbau. [l] TM ordinem mutavit.
[m] TM: (Wohnungs)ort. [n] TM ordinem verborum transmutavit.
[o] TM: je mit ihrem Dienst.
[p] TM simpliciter: Haushalter, Hazarapet, pro quo supra «princeps» scripsimus; etiam «tutor» significare potest. Attamen significatio originalis est: chiliarchus. [q] Cf. Pastor Hermae similitudo VIII.

12. Ergo, cum dominum fecisset hominem terrae et eorum quae super eam [sunt] omnium, latenter[a] et eorum, qui in ea ministri sunt, dominum eum constituit. Verumtamen illi in eorum statu possibili[b] erant, sed dominus, hoc est homo, parvulus erat, quia puer erat et eum necessario decebat accrescere et ita[c] ad statum perfectionis [per]venire. Et ut nutrimentum ei et augmentum cum gaudio et laetitia fieret, melior quam hic mundus, domicilium (spatium) ei paratum [erat] aere, pulchritudine, luce, cibo, plantis, fructu, aquis et aliis etiam omnibus [rebus] quae ad vitam necessariae erant[d], locupletatum et hortus [seu paradisus] nomen est eius[1]. Et tam pulcher et bonus erat hortus, Verbum Dei semper in eo ambulabat[e], circuibat et loquebatur cum homine de futuris, quae eventura erant, praefigurans[f] quod[g] naturae consors fieret et locuturum esset cum eo et fieret inter homines docens eos iustitiam. Sed homo parvulus erat, adhuc etiam non habens[h] consilium, quapropter et facile a seductore decipiebatur.

[1] Gn 2, 8.

---

[a] TM: an und für sich, et addit: administri (sc. der Engel).

[b] In arm.: kareluthiun, non katareluthiun, sicut TM hic praesupponere videtur, cum «Vollkommenheit» vertat, sicut iure sensum illius substantivi reddit, pro quo nos hic statum perfectionis (katareluthiun) posuimus. Revera continuatio textus hoc loco «perfectionis» postulat, et «kareluthiun» error scribae esse videtur.

[c] TM «ita» verbo accrescere praeponit.

[d] TM breviter: und an allerlei anderen *Lebensmitteln.*

[e] TM hanc partem in forma propositionis consecutivae reddidit, ratione armeni textus deficiente.

[f] TM addit: sie. [g] TM minus apte: damit.

[h] TM resoluto participio: da er etc., id quod vero congruere non apparet; vide «Randglossen» 16.

13. Ergo, quod[a] Deus in paradiso[b] [erat], dum circumibat homo, adduxit coram[c] viventia omnia et iussit nomina dare omnibus eis et quodcumque vocavit Adam ens vivum, dicebatur[d] nomen ei[1]. Et voluntas orta est[e] ei, ut etiam adiutricem viro faceret[f], nam ita locutus est Deus: «Non bonum est, ut exsistat[2] vir[g] solus. Faciamus ei adiutricem[h] secundum ipsum.»[i] Quoniam inter alia omnia viventia non inveniebatur aequalis et par[k] et similis Adami[l] adiutrix. Ipse autem Deus ecstasim immisit super Adam et ut obdormisceret[m] effecit, et, ut opus ex opere perficeretur[n], cum nullus factus esset in horto somnus, hic factus est super Adam volente Deo.

[1] Gn 2, 19. [2] Gn 2, 18.

[a] TM neglexit.

[b] In textu armeno in aliis locis habes formam substantivi «drast», pro quo hic «dracht» ponitur, quod substantivum Gn 2, 8 paradisum significat. [c] TM addit: ihm.

[d] TM vertens textum Sacrae Scripturae accommodavit, cum loco dicebatur «ward» scriberet. Revera hoc loco in textum armenum error irrepsisse potuit, cum lectio «sa er» in lectionem «aser» transmutaretur, quae in textu armeno habetur et supra positae versioni supponebatur. Cf. Lüdtke in Zeitschrift für Kirchengeschichte XXXV 258, quamquam hoc certum non est.

[e] Hoc modo vertendum videtur, si verbum ut e verbo transferatur cupias, alias verum sensum expresseris, si transtuleris «constituit». Erroneam in «Randglossen» 17 datam versionem: «*Und es kam ihm auch*» emendabis, si suppleveris: «der Wille» seu «der Entschluß».

[f] In arm. inf.

[g] Vox mard in armeno et «homo» et «vir» significat, ita ut sensui et verbis simul satisfiat, cum vocem: «vir» adhibemus, quae rei optime congruit.

[h] Genus in armeno textu non significatur. TM: Beistand.

[i] = adaptatam ipsi. TM: wie es für ihn paßt.

[k] kschir in arm. significat: pondus, statera, aequilibritas et par, aequalis.

[l] TM ordinem verborum non servavit. [m] In arm. substantivum.

[n] TM: «folgt»; in arm. habes futurum s. coniunctivum.

Et sumpsit Deus unam ex costis Adae[1] et replevit loco eius[a] carnem, et costam, quam sumpserat, exstruxit in mulierem, et ita adduxit coram[b] Ada. Is autem videns dixit: «Hoc[c] nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Haec vocabitur mulier, quia ex viro suo sumpta est.»[2]

14. Et erant Adam et Eva, nam hoc est nomen mulieris, nudi neque erubescebant[3], nam innocens et infantilis cogitatio erat in eis, neque ulla perceptio[d] aut imaginatio [ad]erat eis ex illo, quod aliquando malitia per placitas cupiditates et inhonestis cupiditatibus in anima gignitur. Nam eo tempore[e] integram servabant suam naturam, quod inspiratus in creatura spiritus erat[f] vitae. Atqui dum perseverat[g] et manet spiritus[h], in quo ordine[i] et virtute[4] [datus est][k], ab[l] imaginatione et perceptione[m] liber est viliorum. Propter hoc igitur non eru-

[1] Gn 2, 21. [2] Gn 2, 23. [3] Gn 2, 25.
[4] Cf. Gn 6, 3; Sap 1, 5; Rom 8, 5 sqq.

[a] Si verbum arm. retinueris: «pro ea».
[b] TM minus accurate: zu. [c] TM: Diese, ex sensu.
[d] TM derelicta constructione armena vertit non sine additamento: sie kamen nicht dazu, zu denken etc. — De cetero in textu armeno pro substantivis «perceptio» et «imaginatio» infinitivos habes substantivi modo applicatos.
[e] TM addit: noch, quod quidem sensui congruit. Accuratius ad verbum vertes: Nam erant eo tempore integri servando etc.
[f] TM: da war.
[g] TM neglexit unum ex ambobus fere aequipollentibus verbis. Accuratius ad verbum reddes: Atqui perseverando et manendo Spiritus etc. [h] TM: Odem.
[i] TM adiungit: «den ihm zukommenden», ad: «Rang» (ordo).
[k] In arm. verbum deest. Suppleri potest «kargezav» = positus est.
[l] TM constructionem armenam reliquit et obiectum viliorum mutata praedicati qualitate subiectum: «Schlechtigkeiten» constituit.
[m] TM: «unzugänglich», id quod sensui dogmatico Irenaei vix aequale erit.

bescebant cum osculis[a] se invicem amplectendo sanctitate[b] puerorum modo.

15. Sed ne permagna[c] cogitaret[d] homo neve exaltatus gloriaretur[e], velut ac si non haberet dominum, [neve[f]] propter datam sibi potestatem et libertatem adversus[g] creatorem suum Deum peccaret, transgrediens suum modum, et sibi placentes sententias arrogantiae[h] tueretur[i] adversarius Dei, datae sunt ei leges[k] a Deo, ut cognosceret, quod dominum habet cunctorum Dominum. Et regulas[l] quasdam dedit ei, ita[m] ut[n], si custodisset mandata Dei, sic semper (staret [et]) maneret, ut erat, id est immortalis; quodsi autem non custodiret, ut mortalis fieret dissolutus in terra[m], unde sumpta erat structura[o] eius[1]. Et mandatum erat hoc: «Ab omni ligno, quod intus in horto [est], edendo manducabis[p], sed a ligno solo, a quo scire exsistit[q] bonum et malum[r], ne edatis ab eo, nam quo die manducaveritis, morte moriemini.»[2]

[1] Gn 3, 19. [2] Gn 2, 16 17.

---

[a] In arm. habes infinitivi instrumentalis casum osculando.

[b] Sive: puritate.

[c] TM: Großes. Arm. Superlativ. [d] TM: sich einbilde.

[e] Seu (ad verbum) elevaretur. [f] TM om.

[g] TM praeponit: «und so», quibus nostra additio [und] ipsius mente probatur.

[h] TM libere: eine selbstgefällige, stolze Meinung gewänne.

[i] Arm.: acciperet.

[k] Sive data est lex, nisi loco tuwaw legendum est tuwan.

[l] TM: Grenzen; graecum *ὅρους τινάς* habuisse videtur, quod non «finium» modo sed etiam regulae, decreti significationem habet, quarum posterior sola hoc loco apta est.

[m] TM neglexit. [n] TM falso: damit.

[o] TM minus accurate: von der seine Erschaffung ausgegangen war.

[p] TM: nach Belieben essen. [q] TM neglexit.

[r] TM minus accurate: die *Erkenntnis des* Guten und Bösen.

16. Hoc mandatum non custodivit[a], sed non obtemperavit Deo homo[b] in errorem ductus ab angelo[1], qui propter multa Dei dona, quae dedit homini, invidia affectus in eum et aemulatus et se ipsum perdidit et hominem peccatorem[c] fecit, ne obtemperaret mandato Dei persuadens illi[d]. Ergo princeps et dux peccatorum[e] factus angelus mendacio[2f] et ipse percussus est offendens Deum, et hominem expelli fecit ex horto[g]. Et quia per ingenii [sui] consilium rebellaverat et a Deo se separaverat, satanas[3] vocatus est secundum hebraicam linguam, quod est rebellis. Sed idem ipse[h] hic et criminator[i] vocatur.

Ergo Deus angui, qui suscipiens[k] portaverat criminatorem, maledixit, quod maledictum in ipsum animal et in latentem [et] (abditum) in eo angelum, in satanam transiit[l]; et[m] hominem a facie sua expulit loco transferens[n] eum in horti viam deinde, nam peccatorem non suscipit hortus.

[1] Gn 3, 1. Sap 2, 24. [2] Io 8, 44 (?).
[3] Apc 12, 9 sq.; 20, 2.

---

[a] TM: nicht festgehalten.

[b] TM «homo» in priorem locum transtulit.

[c] Vox armena et substantivum et adiectivum esse potest, ut etiam «reum» vertendum sit.

[d] TM ordinem verborum transmutavit. [e] Gen. pl. ad peccata.

[f] TM declinans a vero sensu: in seiner Falschheit.

[g] TM improprie: ließ er den Menschen des Paradieses verlustig gehen.

[h] Arm.: noyn inkhn sa. TM plenitudinem expressionis non servavit.

[i] Aut graecum κατήγορος aut διάβολος, calumniator, reddens.

[k] TM neglexit, sed «in sich» addidit.

[l] Sive pervenit. TM: traf. [m] TM: aber.

[n] Verbum e verbo vertens scribere debet: mutans habitare fecit. TM breviter: versetzte.

SECTIO SECUNDA.

Religio divina miseratione restituitur. Redemptionis praeparatio, servata in miserando contra creaturae malitiam Dei iustitia.

17. Et extra hortum degentes[a] Adam et uxor eius Eva in multas miserias sollicitudinis moerorum[b] inciderunt, tristitia et labore et suspiriis ambulando in hoc mundo. Nam sub radiis solis huius colebat homo terram, et haec spinas et tribulos germinabat, peccatorum[c] poenam. Tum et [quod] scriptum [est,] perfectum est: «Adam cognovit uxorem suam et concepit et[d] peperit Cain et post eum peperit Abel.»[1] Sed rebellis angelus, qui etiam ad inoboedientiam hominem adduxit et reum reddidit et eius ex horto expulsionis[e] causa exstitit, secundum malum, non contentus priore, operatus est in fratribus. Nam Cain implevit[f] suo spiritu et fratricidam eum fecit. Et ita mortuus est Abel, occisus a fratre[2], deinceps ostenso (?) fore[g], ut quidam [iusti][h] persecutionem patiantur et premantur et occidantur[i], iniusti autem fore ut occidant et persequantur iustos. Super quod magis Deus iratus maledixit Cain[3], et accidit, ut omnis ab eo [descendens] generatio secundum prolis successionem[k] similis genitori[l] fieret[4]. Et suscitavit Deus alium filium Adae[m] loco Abel occisi.

[1] Gn 4, 1 sq. [2] Gn 4, 8. [3] Gn 4, 11. [4] Gn 4, 17—24.

---

[a] Arm.: facti. [b] TM: in viel Trübsal und Verwirrung.
[c] Gn. plur. substantivi: peccatum. [d] In arm. participium.
[e] In arm. infinitivus. [f] In arm. participium.
[g] Seu ostendendo? TM: zum Zeichen.
[h] [iusti] Secundum sequentia adiungendum esse putavi.
[i] TM: ermordet werden sollten, quod sensui vix congruit.
[k] TM interpretationem addens: gemäß der Vererbung von Kind zu Kind. [l] TM inepte: Sämann. [m] TM parum recte: für Adam.

18. Et vehementissime profusa et dilatata malitia potita est[a] toto genere hominum, usque dum valde exiguum iustitiae semen exsisteret in eis. Et illegitimae[b] commixtiones super terram erant, nam commiscuerunt se angeli cum prole[c] filiarum hominum, quae genuerunt ipsis filios, qui propter nimiam magnitudinem [gigantes] terrigenae[d] vocati sunt[1]. Itaque angeli suis uxoribus dona ferebant[e] malitiae doctrinas, nam docebant eas virtutes radicum et herbarum et artem tinctoriam et fucandi et inventionem pretiosarum materiarum, medicamentum venustatis, odium, amorem, amoris ardorem, illecebras[f] amoris, vincula magicae artis, et omnia praestigia et Deo odibilem idololatriam[2], quibus in mundum ingressis propagata[g] [et] cumulata sunt malitiae negotia, et diminuta deficiebant [negotia] iustitiae.

[1] Gn 6, 2 4. Bar 3, 26. Sap 14, 8. Eccli 16, 8.
[2] Sap 14, 9 12.

---

[a] Arm. praeponit; pervenit.

[b] Sive: materiales, si textum a TM editum supponere velis et tarroren in taroren (cf. Vardanian l. c.) mutare recusaveris. TM haud accurate: «Vermischungen zwischen verschiedenen Elementen». Lexicon novum linguae armenae a PP. Avetikhean, Siurnalean, Augerean Venetiis 1837 editum adiectivum «tarroren» = variis elementis mixtum nescit, sed id adiectivo «tarreghen» exprimi ostendit. Quare «tarroren» textus error scribae esse videtur pro «taroren», quod idem lexicon pro «illegitimus» affert. Particulam «khanzi» primo loco neglexi ut a librario erronee positam.

[c] TM om.

[d] In hoc textu connexio logica deesse videtur, cum ingens magnitudo ratio esse nequeat tales terrigenas appellandi, quare substantivum Hskaykh = gigantes addendum esse puto, quod et in c. 27 infra habetur et quod iam in mea translatione germanica huius operis S. Irenaei 13[3] adnotavi. Hoc eo magis suadetur, quod etiam Sacra Scriptura, cuius relatio S. Irenaei fons est, de gigantibus loquitur.

[e] TM: boten. [f] Sive melius: violentias. [g] Sive profusa.

19. Usque dum, cum iudicium superveniret [in] mundum a Deo per diluvium decima generatione a primo creato, unum solum invenirent[a] iustum Noë[1], qui propter ipsius iustitiam et ipse salvatus est[b] et uxor eius et tres filii eius et tres uxores filiorum eius, intus conclusi in arca cum omnibus animalibus, quae Deus iusserat Noë[c] introducere in arcam[2]. Et interitu omnium facto et hominum et aliorum etiam[d] viventium, quae super terram erant[e], salvabatur custoditus in arca. Et erant tres filii Noë Sem, Cham et Iaphet[3], cuius [quorum][f] rursus generatio multiplicata est. Nam principium eorum, qui post diluvium, hominum[g] ii sunt[4].

20. Sed inter eos unus maledicto succubuit et duo benedictionem hereditate acceperunt propter sua opera; nam inter eos minor, qui Cham vocatur, ludibrio habuit patrem, et in peccatis[h] impietatis reprobatus propter [factam] in patrem contumeliam et ignominiam, maledictum accepit[5], et ei quae ab eo proles facta est omni[i] attulit a maledicto, unde accidit, ut omnis, quae post eum, generatio maledicta fieret, in peccatis aucta et multiplicata. Sed Sem et Iaphet fratres eius propter [praestitam] in patrem pietatem benedictionem obtinuerunt. Maledictum igitur Chami, quo ei maledicebat pater

[1] Gn 6, 8. [2] Gn 6, 18 sq.; 7, 21. [3] Gn 6, 9.
[4] Gn 9, 19. [5] Gn 9, 21 sqq.

---

[a] Arm. inf. [b] TM: am Leben blieb. [c] TM om.
[d] TM om.: aliorum. [e] TM: Sind. In arm. habes imperfectum.
[f] TM: von denen. In arm. invenitur singularis, qui, nisi errori scribae debetur, in Noë referendus est.
[g] TM libere sed nullam correctionem adeptus transtulit: «Denn die Menschen nahmen nach der Sintflut von diesen ihren Anfang an.»
[h] TM: zu der ruchlosen Sünde verdammt.
[i] TM: allen denen, die von ihm herstammten.

Noë, hoc est: «Maledictus sit Cham puer[a], servus fiat fratrum suorum[b]»[1]. Cum perveniret[c] in generationem eius, multam prolem fecit[d] super terram in quattuordecim generationes in silvam quasi crescens[e], quando[f] etiam demetebatur a Deo generatio eius tradita in iudicium[2]. Nam Chananaei[3] et Chetaei[4] et Pherezaei[5] et Chevaei et Amorrhaei[6] et Iebusaei[7] et Gergesaei[8] et Sodomaei[9], Arabes[10][g] et qui in Phoenicia habitant, omnes Aegyptii[11] et Lidaei[12][h] ex prole Cham sunt, qui maledicto succubuerunt, cum prolixe extenderetur[i] maledictum super impios[k].

21. Et quo modo profectum est maledictum, eodem modo etiam benedictio pertransiit[l] in generationem benedicti secundum uniuscuiusque ordinem[m]; inter quos prior benedictus est Sem his in verbis: «Benedictus Dominus, Deus Sem, et fiat Cham puer eius.»[13] Haec est

[1] Gn 9, 25. [2] Gn 10, 6 sqq. [3] Gn 10, 6 15.
[4] Gn 10, 15. [5] Gn 10, 17. [6] Gn 10, 16.
[7] Gn 10, 16. [8] Gn 10, 16. [9] Gn 10, 19.
[10] Gn 10, 15. [11] Gn 10, 6 13. [12] Gn 10, 13.
[13] Gn 9, 26.

---

[a] Textus armenus nomen Cham in casu nominativo ad puer apposuit, quamquam superius Cham declinationi subiciebatur. Utrum errori auctoris an scriptoris vel librarii tribuendum sit, certo non constat. Sed verisimile est, adesse solummodo errorem scriptoris, cum Sacra Scriptura, quam auctor hoc loco adhibere debebat, puerum Cham nominet, nec etiam Cham, qui iam filium habebat, puer vocari possit.

[b] TM: seinen Brüdern. [c] Supple: maledictum.

[d] Supple: generatio sive Cham. TM: erzeugte.

[e] TM: wild heranwuchsen, quam interpretationem neque Scriptura Sacra neque archaeologia approbat. Metaphora ubertatem innuere velle videtur. [f] TM: bis endlich.

[g] Nestle duxit secundum Gn 10, 17 (LXX): Aradii legendum esse.

[h] TM: Lybier. [i] TM: hinwirkte. [k] TM praeponit: jene.

[l] In arm. duo verba finita. [m] TM: der Reihe nach auf jeden.

benedictionis virtus, esse Deum et Dominum cunctorum Sem possessionem particularem[a] adorationi(s)[b]; quae crevit[c] benedictio ad Abraham perveniens, qui a prole Sem decimae aetatis descendens in genealogia recensitus est[d]. Et propter hoc Patri et Deo omnium placuit Deum Abrahae et Deum Isaac et Deum Iacob vocari[1]; nam ad Abraham extendebatur producta[e] benedictio Semi[f]. Sed benedictio Iaphet talis est: «Dilatabit[g] Deus Iaphet et benedicet in domo Sem et fiat Cham puer eius.»[2] Adhuc est[h]: in fine saeculorum floruit[i] visis Domino ex vocatione gentium, cum dilatasset[k] eis Deus vocationem, et quod «in omnem terram iit sonus eorum et in fines mundi verba eorum»[3]. Ergo «dilatare» est[l] ex gentibus vocatio haec ipsa [est] Ecclesia et «habitat in domo Sem»[m], hoc ipsum est in patrum hereditate in Christo Iesu accipiendo ius primogeniti[4]. Itaque in quo

[1] Ex 3, 6. Mt 22, 32. [2] Gn 9, 27.
[3] Ps 18, 5. Rom 10, 18. [4] Rom 11, 11. Gal 4, 7.

[a] Pro armeno «aschogi» Vardanian vult legi «uschogi», quod significat proprius, particularis, specialis; cf. Handes 1910, 283.

[b] TM: Besitz der Anbetung. [c] TM: indem ... wuchs.

[d] TM: darstellt. [e] Seu porrecta.

[f] TM mutavit ordinem verborum. [g] TM: adhortatio.

[h] Locus incertus. Subiectum est benedictio. Visis idem ac «beneplacitis» valere videtur. P. Vardanian pro armeno jews ē etc. proposuit correctionem: jew Sem i vachdschan yawitenits tsaghkeatz jerewetseloy tearn i kothschmane hethanosatz.... Etiam Sem floruit in fine temporum, cum Deus illis vocationem apparente Domino dilatavisset (cf. Handes 1910, 327); jerewetseloy tearn imitationem putat esse graeci genitivi absoluti.

[i] TM: Hat Gott den Ausersehenen des Herrn eine Blütezeit erstehen lassen.

[k] Sensus est: cum extenderet ad eos vocationem.

[l] TM: ist zu verstehen von.

[m] A TM in germanica translatione sola in « » positum.

ordine unusquisque benedictus est, in eodem gradu per generationem concepit benedictionis fructum.

22. Post diluvium autem statuit Deus foedus testamenti toti mundo, aliis etiam omnibus viventibus brutis et hominibus, quatenus ne[a] amplius diluvium perderet totam resurrectionem[b] terrae[1]. Et statuit illis signum: «Quando nube[c] tegetur aer [seu caelum], apparebit arcus in nube, et recordabor foederis testamenti mei neque amplius delebo omne mobile animal[d] super terram aqua.»[2] Et mutavit cibum hominum mandato dato eis, ut carnem comederent[3]. Nam a primo creato Adam usque ad diluvium solum granis et fructibus arborum vescebantur homines, sed carnium cibus non erat concessus eis. Et quia tres filii Noë principium generationis hominum erant, ad multiplicationem et augmentum[e] benedixit eis Deus dicendo: «Augemini et multiplicamini et replete terram et dominamini in eam, et terror vester et timor sit super omnia viventia bruta et super omnes aves caeli, et sint vobis in cibum sicut olus herbae[f], verumtamen ne carnem sanguinis animae[g] edatis; etenim[h] et vestrum sanguinem requiram[i] de[k] manibus omnium bestiarum et de manibus hominis; quicumque fuderit sanguinem hominis, pro[l] sanguine eius fundetur.»[4] Nam imaginem Dei

[1] Gn 9, 9 sqq. [2] Gn 9, 14 sq. [3] Gn 9, 3. [4] Gn 9, 2—7.

[a] worpes zi mi pro graeco ὅπως μή, quod paene ad syllabam reddit.
[b] Totum quod se erigit super terram seu erectionem. TM: allen Wuchs.
[c] TM mutavit ordinem verborum. [d] TM: alle Lebewesen.
[e] TM improprie: zum Fruchtbarwerden. [f] TM: das grüne Kraut.
[g] TM libere: das noch sein Lebensblut in sich hat.
[h] TM neglexit et «aber» induxit. [i] TM valde improprie: rächen.
[k] TM cum deformatione sensus: an jedem Tier etc.
[l] TM iure praeponit: sanguis eius (dessen Blut). Textus armenus hic corruptionem omissionis passus esse videtur.

fecit hominem et[a] imago Dei Filius est[1], ad cuius imaginem homo[b] factus est. Et propter hoc in extremis temporibus[2] apparuit, ut imaginem similem sibi ostenderet. Post hoc testamentum multiplicatum est genus hominum e prole trium ortum. Et labium unum super terram, hoc est una lingua[3].

23. Profecti igitur peragrabant[c] ex terra Orientis et dum migrabant[d] per terram, ingressi sunt terram Sinear valde extensam[e], ubi ad turrim exstruendam aggressi sunt[f]. Occasionem[g] excogitabant per eam [ad][h] in caelum egressum[i], in memoriam eorum qui post eos hominum, valentes relinquere suum opus[k]. Et aedificium cocto latere et bitumine erat[l], et progressus faciebat audacia temeritatis eorum, cum omnes uni verbo addicti[m] et cohaerentes essent, et per unam vocem ministerium famulatus praestando consilio voluntatis eorum[n]. Ne igitur diutius etiam proficeret opus, divisit eorum linguas Deus, ne alter amplius possit alterum intellegere, et ita divisi et dispersi sunt et occupabant terras secundum suam cuiusque linguam distributi in catervas[o]. In agmina congregati habitabant, unde multae nationes variae[p] et

[1] Col 1, 15. Hebr 1, 3. [2] Hebr 1, 1 sq. 1 Petr 1, 20.
[3] Gn 11, 1.

---

[a] TM: aber. [b] TM addit: auch.
[c] TM male: Nun zogen sie auf. [d] In arm.: veniebant.
[e] Sive longe extensissimam; in armeno duo adverbia cum adiectivo.
[f] TM: anfingen. [g] Sive medium.
[h] In textu armeno praepositio arr omissa esse videtur.
[i] Seu ascendere et etc. (?) [k] TM ordinem verborum mutavit.
[l] TM: wurde ausgeführt. [m] TM: einmütig.
[n] TM liberrime: durch einstimmige (sic!) Arbeit dem vorgesteckten Ziele zustrebten.
[o] TM in interpretatione germana haec verba male cum sequentibus coniunxit, secus in textu armeno. [p] πολύφυλα παντοῖα (?).

aliae linguae super terram [1]. Cum igitur [a] tres generationes hominum occuparent terram et esset una ex eis sub maledicto, duae [erant] sub benedictione, et primo Sem facta est benedictio, cuius generatio in Oriente habitabat et Chaldaeorum obtinebat terram [2].

24. Et procedentibus temporibus [b], hoc ipsum est decima generatione post diluvium, Abraham invenitur [c], quia [d] quaerit e benedictione patriarchae sui debitum et decentem sibi Deum. Et propter quod secundum adhortamentum voluntatis [e] animae suae per omnem terram in circuitu [f] permeabat [3], quaerens ubi sit Deus, et extenuebatur et deficiebat ab inventione [g], miseratus Deus super eum, qui solus [h] secreto (seu in silentio) quaerebat eum, apparuit Abrahae per Verbum sicut per splendorem se ipsum patefaciens. Nam locutus est cum eo de caelo et dixit ei [4]: «Foras proficiscere e terra tua et e genere tuo et e domo patris tui, et (adi) transi in terram, quam ego monstravero, et ibi habita.» Et ille credens caelesti voci, dum ipse in matura aetate erat [5] et dum [i] septuagenarius erat et uxorem habebat, cum illa profectus est [et] (iit) in Mesopotamiam assumens secum fratris [k] defuncti filium Loth. Et cum venisset in terram, quae hodie Iudaea appellatur, in qua eo tempore habitabant

[1] Gn 11, 2—9. [2] Gn 11, 28. [3] Gn 11, 31.
[4] Gn 12, 1. [5] Rom 4, 18 sq.

[a] TM libere: Demnach nahmen, quibus verbis conclusio inducitur, quae neque in textu armeno habetur neque veritati rei respondit.

[b] TM praeponit: gewisse. [c] TM: tritt auf.

[d] Vel qui. TM: der (pron. relat.). [e] TM: innerer Trieb.

[f] TM: herumzog; auctor videtur textum: «schurtsch goyr» sine annotatione interpretans in «schurtsch gayr» mutavisse.

[g] TM: vom Ziele. [h] TM: nur. [i] TM: während — da.

[k] TM addit: seines.

septem nationes, generatio Chami, etiam [ei] apparuit in visione Deus et dixit[1]: «Tibi dabo terram hanc et semini tuo post te in sempiternam possessionem»[a], et fieri[b] semen eius hospitem in terra non sua[2] et torqueri ibi mala patiendo et serviendo annos quadringentos et in quarta generatione redire in locum promissum Abrahae, et iudicavit Deus populum illum, qui in servitudinem redegit semen eius. Et ut[c] cum multitudine[d] etiam gloriam sui seminis sciret Abraham, eduxit eum Deus foras nocte et dixit ei: «Suspice in caelum et vide stellas, [quae] in caelo [sunt], si forte poteris numerare eas; sic erit semen tuum.»[3] Et cum certitudinem et firmitatem spiritus eius vidisset Deus, testatus est ei per Spiritum Sanctum dicendo in Scripturis: «Et credidit Abraham, et reputatum est illi ad iustitiam.»[4] Et erat incircumcisus, cum testimonium acciperet. Et ut praestantia fidei eius per signum certior fieret, dedit ei circumcisionem, iustitiae [seu praestantiae][e] sigillum fidei eius,

[1] Gn 12, 7 (?); 13, 15; 17, 8. [2] Gn 15, 13 sq. Act 7, 6.
[3] Gn 15, 5. Rom 4, 19. [4] Gn 15, 6. Rom 4, 3.

[a] TM: Erbschaft. [b] TM: danach hielten sich auf.

[c] TM: sowohl . . . als auch.

[d] TM: das zahlreich werden, quod in armeno non habetur.

[e] Textus armenus hic corruptus esse videtur, cum sit: incircumcisionis [seu praeputii] sigillum fidei eius, qui in incircumcisione (seu praeputio). Ego transtuli secundum emendationem, quam in «Randglossen» (Katholik 1914 I) probavi, cum loco armenae vocis anthlphatutean vocem ardaruthean (Rom 4, 11 vel arraveluthean) dittographia falsa remota ponendam esse ducerem. TM transtulit: zum Siegel des Glaubens der Unbeschnittenheit dessen, der in der Unbeschnittenheit war, neglecta relatione inter verba S. Irenaei et S. Pauli ad Romanos 4, 11. TM videtur etiam verbis armenis vim inferre, cum ibi secundum ordinem verborum genitivum havatoz (fidei) cum genitivo antelpatuthean (praeputii) non in relationem dependentiae poni posse mani-

qui in incircumcisione [seu praeputio][1]. Et post hoc natus [est] ei filius Isaac e Saara sterili secundum promissionem Dei, quem circumcidit, secundum quod pepigit foedus ei Deus[2]. Et e Isaaco ortus est Iacob. Et ita pervenit (contigit) originalis in principio benedictio Sem ad Abraham et ab Abraha ad Isaac et ab Isaaco ad Iacobum, Spiritus hereditas profusi in eos [seu Spiritu hereditatem dividente in eos][a]. Nam vocatus est Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob. Et nati sunt Iacobo filii duodecim, a quibus decem stirpes [tribus] Israel nominatae sunt.

25. Et cum fames praevaleret in[b] omni terra[c], accidit, ut in Aegypto sola[3] nutrimentum[d] esset[e]. Ergo mutans[f] habitavit Iacob cum tota generatione sua[g] in Aegypto. Et erat numerus omnium emigrantium septuaginta quinque animae. Et in quadringentis annis[4], sicut eloquium prius dicit[h], sescenti sexaginta milia facti sunt[5]. Et quod mala passi et oppressi valde erant mala servi-

[1] Rom 4, 11. Gn 17, 10 sq. [2] Gn 17, 10 sq.
[3] Gn 41, 54. Act 7, 11. [4] Gn 15, 13. Ex 12, 40. Act 7, 6.
[5] Gn 46, 1 sqq. 26. Nm 1, 46; 3, 39. Ex 38, 25.

---

festum sit, et etiam connexio pronominis «eius» (aynr) cum substantivo «incircumcisionis» neque in armeno neque in latino secundum ordinem verborum congruat, sed illud cum substantivo «fidei» coniungendum sit.

[a] TM relicta textus armeni constructione: wodurch das Erbe des Geistes auf sie ausgeteilt wurde.

[b] Accuratius verbum armenum exprimes dicendo: comprehenderet omnem terram. TM: sich verbreitete.

[c] TM: Welt. [d] TM: Speisemittel; arm. singularis.

[e] Arm. infinitivus. [f] Arm. particip. perf.

[g] TM: mit allen seinen Söhnen.

[h] TM: ausgesagt hatte. Arm. praesens, quod errori scribae deberi inde concludi potest, quod cum adverbio «prius« coniunctum est.

tute et gemebant et flebant ad[a] Deum, Deus patrum, Abrahae, Isaaci et Iacobi, eduxit eos ex Aegypto per Moysen et Aaron, postquam percussit[b] Aegyptios decem plagis[1], in postrema plaga occisorem angelum mittens primogenitos eorum perdentem[c] ab homine usque ad bruta. Unde salvavit filios Israel in mysterio[2] ostendens passiones Christi, per immolationem agni immaculati et sanguinem eius, in securitatem immunitatis datum[3], ut ad domos Hebraeorum illiniretur[d] (seu ungeretur)[e]. Et nomen est mysterii huius: passio[4], libertatis causa[f]. Et dividens Rubrum Mare, filios Israel (omnes s.) omni diligentia induxit in desertum[5], et persequentes Aegyptii[g], qui a tergo erant et ingressi sunt mare, interierunt omnes. Hoc iudicium Dei factum [est] super illos, qui iniuste torquebant generationem Abrahae.

26. Et in eremo accipit leges a Deo Moses[h], decem verba in tabulis lapideis[6], scripta digito Dei. — Et digi-

[1] Ex 7—10; 11—12. [2] Ex 12, 3—14 22 sq.; 1 Cor 5, 7.
[3] Ex 12, 11 21 48. [4] L. c. [5] Ex 14.
[6] Ex 20, 1—17; 24, 12; 31, 18.

---

[a] TM: vor. [b] Arm. particip. perf.

[c] TM arm. text. participium ad Deum refert, non ad angelum. Apparet autem ad angelum referendum esse, cum vocem occisoris explicet.

[d] TM: dessen Blut als Vorsichtszeichen zum Heilbleiben durch die Bestreichung der Häuser der Hebräer gegeben wurde.

[e] Sic in text. arm.

[f] In armeno textu pluralis. TM illicita, si verbum e verbo exprimere volueris, brevitate: Und dieses Mysterium heißt pascha — Grund der Rettung. Nam in armeno vox «pascha» non habetur, sed per erroneam translationem compensata est, quam P. Vardanian rectissime testem agnovit graeci prototypi; vide «Randglossen» l. c. 19 sq.

[g] In arm. accusativus, qui error ex assimilatione ad accusativum praecedentem per modum dittographiae ortus esse videtur.

[h] TM ordinem verborum mutavit.

tus Dei est is, qui[a] porrectus est a Patre in Spiritum Sanctum, et mandata et iura, quae tradidit filiis Israel ad custodiendum[b]. Et tabernaculum testimonii[c] construxit[1] mandato Dei compositum[d] visibile super terram eorum, quae in caelo spiritualia sunt et invisibilia et[e] similitudinem Ecclesiae figurae et prophetiam futurorum, in quo[f] et vasa et aras et arcam [constituit][2], in qua tabulas reposuit. Et constituit[g] etiam sacerdotes Aaron et filios eius, horum stirpi toti sacerdotium dans[h]. Et[i] erant e generatione Levi[3]. Sed et eam ipsam cunctam stirpem provocabat verbo Dei, ut opus ministerii subirent[k] in templo Dei, quibus et legem dedit leviticam[l], quomodo et quo ritu esse oporteret et deceret eos, qui semper vacarent, ut obsequium ministerii subirent templi Dei[4].

27. Et cum appropinquarent terrae, quam promiserat[m] Deus Abrahae et semini eius, singulos ex unaquaque stirpe eligens[n] Moses misit, ut explorarent terram et urbes in ea [sitas] et cives in urbibus [habitantes][5]. Eo

[1] Ex 26, 40. Hebr 9, 1 sqq. 23; 8, 5; 10, 1. Col. 2, 17.
[2] Ex 25, 21 28 sqq. [3] Ex 28. [4] Nm 1, 49 sqq. [5] Nm 13, 22.

---

[a] Vardanian putat: «et is qui ... in», esse delenda, ut legatur: digitus Dei est porrectus a Patre Spiritus S. Vide Handes 1910, 327 et Kirakos Candzacensis, Venetiis 1865, 195; aliter Bonwetsch, Theol. Literaturzeitung 1907, 176, qui verbum Irenaei de Filio Dei intellegit.
[b] In arm. infinitivus. [c] TM: Offenbarungszelt.
[d] Secundum textus emendationem a TM factam.
[e] TM: «somit», quod in armeno non legitur.
[f] TM: «desgleichen auch», quod armenis verbis non congruit.
[g] TM: stellte (loco «bestellte») et addit «zugleich».
[h] Arm. particip. perf. [i] TM: diese aber, «diese» addens.
[k] In arm. infinitivus. TM breviter: zum Dienstwerk.
[l] TM addit: als Norm dafür.
[m] Arm. perfectum. [n] Arm. particip. perf.

tempore manifestavit ei Deus nomen, quod solum salvare[a] potest credentes in illud [1], et permutans[b] nominavit Moses Osee filium Nave, unum ex emissis, et nominavit[c] eum Iesum [2] et ita misit cum virtute nominis, confidens integros eos se esse recepturum propter quod hoc ducebantur nomine[d], quod datum est [3][e]. Sed quia profecti et explorationem et inquisitionem experti[f] reverterunt, portantes cum ipsis botrum uvae, et[g] e duodecim emissis nonnulli (ex eis)[h] timorem formidantium[i] iniecerunt toti populo dicendo urbes permagnas et munitas[k] esse et filios terrigenarum gigantes habitare[l] in eis, ita ut possibile[m] esset, ut illi terram tenerent [4], et hoc facto accidit, ut populus omnis fleret, increduli facti, quod Deus esset[n], qui eis virtutem praeberet et subiceret omnes. Et locuti sunt male de terra tamquam non bona [esset] neque digna, de qua periculum subiretur (propter talem terram)[o]. Sed duo e duodecim, Iesus filius Nave et Caleb filius Iephone sciderunt vestimenta sua, propter malefactum, et obsecraverunt populum, ne deficerent animo et ne demitterent corda, quia Deus

[1] Act 16, 31; cf. 4, 12. [2] Nm 13, 17.
[3] Act 4, 12. Phil 2, 9. [4] Nm 13, 29 sqq.

---

[a] TM: lebendig machen. [b] TM: wechselte den Namen.
[c] Verbum pro nominavit in textu fortasse erronee bis positum est.
[d] Arm. propter antecessionem nominis. TM: wegen der Führung des . . . Namens.
[e] In arm.: quod factum est. TM: des gegebenen Namens.
[f] In arm.: explorantes et inquirentes. [g] TM om.
[h] Superabundantia textus delenda. [i] TM: angstvoll.
[k] TM: bemauert. [l] In arm. particip.
[m] TM «non» addendum esse censens: so daß sie das Land einzunehmen (nicht) imstande wären, ut terram occupare (non) valeant.
[n] TM: da war. [o] Textus emendatione eget.

dedit omnes in manus eorum, et terra valde[a] bona est. Sed cum non confiderent, sed constanter perseveraret populus ibi in eadem diffidentia, avertit et mutavit Deus viam eorum, ut eos in errorem induceret, castigando[b] [eos] et percutiendo in eremo. Et quantis diebus profecti sunt et reverterunt illuc[c], qui explorantes perscrutati sunt terram, et quadraginta erant hi [dies], annum pro die ponens, quadraginta annos tenuit eos [Deus] in eremo; neque ullum ex eis, qui perfectam aetatem et rationem habebant, qui intraret in terram, dignum reddidit propter diffidentiam eorum; praeter duos, qui testimonium dederant hereditati, Iesum filium Nave et Caleb filium Iephone, et quicumque parvuli fuerant nescientes dextram et sinistram. Ita cunctus incredulus populus moriebatur et consumebatur[1] in eremo paulatim digna incredulitate patiens. Sed parvuli accrescentes intra quadraginta annos replentes perficiebant numerum mortuorum.

28. Cum completum esset et spatium quadraginta annorum, venit populus prope Iordanem et congregati[d] congressi sunt[e] ante[f] Iericho[2]. Hic[g] congregans populum Moyses rursus summatim attingit omnia[3] narrans usque ad diem hunc magnalia[h] Dei[4] praeparando et instruendo eos qui in eremo accreverant[i], ut metuerent

[1] Hebr 4, 17 sqq. [2] Nm 26, 63; 36, 13.
[3] Dt 1, 3; 5, 1. [4] Dt 1, 19—3, 21; 29, 5 sqq.

[a] TM: außerordentlich.
[b] De verbo armeno ignoto cf. Vardanian, Handes 1910, 304.
[c] In arm.: aisrin, loco «aisrēn» scribitur.
[d] TM om. [e] TM: schlug sein Lager auf.
[f] Seu ex adverso, in facie.
[g] Arm.. astanor = hic, hoc loco, (secundum etymologiam:) hoc tempore, hoc die. TM: Hier. [h] TM ordinem verborum mutavit.
[i] TM liberrime: unter Zucht und Ordnung stellte.

Deum et custodirent mandata eius[1], tamquam[a] novam[b] legislationem faciendo super eos, adiungendo eam antea factae[2c]. Et vocata est haec secunda lex[3], in qua multae prophetiae[d] et de Domino nostro Iesu Christo et de populo et de vocatione gentium et de regno (intus)[e] scriptae sunt.

29. Et postquam Moses cursum suum perfecit, iubetur a Deo: «Ascende (in altum) in montem[f] et morere[4], nam non introduces tu populum meum[5] in terram.» Et is secundum verbum Domini[g] mortuus est, et successit ei Iesus, filius Nave[6]. Hic dividendo Iordanem traduxit populum in terram[7] et subvertendo et destruendo in ea habitantes septem nationes[8] distribuit populo hanc[h] Ierusalem, ubi rex [fuit][i] David et Salomon, filius eius, qui aedificavit templum nomini[k] Dei secundum similitudinem tentorii[9], quod secundum exemplar caelestium et spiritualium factum erat a Moyse.

30. Huc mittebantur a Deo prophetae per Spiritum Sanctum[l]; populum[m] admonebant et reducebant[n] ad

[1] Dt 4, 2 6 23; 5, 1. [2] Dt 31, 9 (24).
[3] Dt 17, 18. Ios 8, 32. [4] Dt 27, 12; 32, 49. Nm 31, 2.
[5] Dt 3, 27; 4, 21; 32, 52. [6] Dt 31, 7 23. Nm 27, 18.
[7] Ios 3, 14 sqq. [8] Ios 12. [9] 3 Reg 6, 1.

[a] TM om. [b] TM: erneuert.
[c] TM ordinem verborum mutavit.
[d] TM a textu armeno declinans: Verheißungen.
[e] ἐν ᾧ . . . ἐγγεγραμμέναι εἰσί.
[f] TM addit: diesen. [g] TM: Gottes. [h] Seu quae hic est.
[i] TM addit: lebten. [k] TM: zu Ehren Gottes.
[l] TM Sp. S. ad sequentia refert, quamvis in textu armeno haec verba ad «mittebantur» retulerit.
[m] TM propositionem relativam formavit in traductione germanica. Sed in armeno textu haec non habetur.
[n] TM non accurate: umkehren ließen.

Deum patrem omnipotentem praedicatores facti[a] apparitionis Domini nostri Iesu Christi, Filii Dei, denuntiando quod e semine David florescet caro eius[1], ut sit secundum carnem filius David, qui erat filius Abrahae, per[b] longam successionem (filiorum)[2], sed secundum Spiritum Filius Dei[3] antea exsistendo apud Patrem[4], prius quam tota aedificatio[c] mundi[5] genitus[d] et apparens toti mundo in extremis saeculis [ut] homo[e], rursum perficiendo in se universa Verbum Dei, [quae] in caelo et in terra[6].

SECTIO TERTIA.

Religio Iesu Christi Filii Dei redemptione perfecta. Redemptionis idea et factum.

31. Ergo hominem univit cum Deo et communionem concordiae[f] Dei et hominis operatus est, cum nos non potuissemus alio modo[g] participationem aliquam[h] recipere incorruptibilitatis, nisi ille venisset ad nos[i]. Nam invisibiliter[i] (et invise) exsistendo incorruptibilitas nihil nobis utilitatis afferret. Itaque visibilis facta est, ut se-

[1] Rom 1, 3. [2] Mt 1, 1—16. [3] Rom 1, 4.
[4] Io 1, 1 sq. [5] Col 1, 15.
[6] 1 Cor 15, 24—28. Eph 1, 10.

---

[a] In armeno textu participium, quod TM medio verbi finiti transtulit. [b] TM minus apte: infolge.

[c] TM: Schöpfung der Welt. [d] TM: geboren.

[e] In armeno textu casus instrumentalis. TM: in Menschengestalt.

[f] TM: ausgleichende Eintracht (?).

[g] Interpretationem adverbii «orinakabar», quam TM exhibet, rectam agnosco contra «Randglossen» 31. [h] TM om.

[i] Locus laudatus in epistola Gagikii Vaspurakanensis ad imperatorem Graecorum Romanum de fide; vide Liber epistolarum, Tiflis 1901, 296.

cundum omnem partem[a] participationem admissionis[b] accipiamus[c] de incorruptibilitate. Et quia in primo creato Adam omnes implicati[d] alligati sumus[1] morti per inoboedientiam [Adae], (necesse et) dignum erat, per oboedientiam[2] propter nos hominis facti [sc. Christi] dissolvi mortem. [Et] quia mors in carnem regnavit, per carnem (necesse et) dignum erat destructionem passam [mortem] manu mittere hominem ex oppressione sua. Verbum igitur caro factum est[3], ne per quam carnem invaluerunt, (obtinuerunt) et dominata sunt peccata, per eam destructa amplius essent in nobis[e]. Et propter hoc eandem [cum] primo creato[f] carnis constitutionem suscepit Dominus noster, ut ingressus pugnaret pro patribus et vinceret per Adam [peccatum], quod per Adamum percussit nos.

32. Unde est ergo primi creati substantia[g]? E voluntate et sapientia Dei et e virginea terra. «Nam non pluerat[4] Deus», dicit Scriptura, «priusquam homo fieret, neque homo erat, qui operaretur terram.»[5] Ex ea igitur, dum virginea esset (adhuc), sumpsit Deus pulverem terrae et[6] plasmavit hominem, principium generis humani[h]. Ergo hunc hominem rursus perficiendo[i] Domi-

[1] Rom 5, 12 sqq. [2] Rom 5, 19. Phil 2, 8. Hebr 5, 8. [3] Io 1, 14. [4] Gn 2, 5. [5] Gn 2, 5. [6] Gn 2, 7.

---

[a] TM: in jeder Hinsicht, quod vim armenorum verborum vix attingit. Nam cum de participatione secundum omnes partes loquitur Irenaeus, videtur ad animum et corpus spectavisse.

[b] TM neglexit. [c] TM: Anteil nehmen *können*.

[d] TM cum magno verae intellegentiae damno neglexit.

[e] Versionem, quam prius exhibui, erroneam agnosco.

[f] TM: dieselbe Leibbildung des Erstgeschaffenen.

[g] TM: das Wesen.

[h] E verbo si exprimi velis: p. humanitatis. TM pronomen possessivum addens: *unserer* Menschheit.

[i] TM: Zu einer nochmaligen Vollendung dieses Menschen.

nus eandem illi[a] incarnationis assumpsit dispensationem[b] e virgine natus per voluntatem[c] et sapientiam[b] Dei, ut et ipse Adami similitudinem incarnationis ostenderet et [ut] fieret scriptus[d] in principio homo secundum imaginem et similitudinem Dei[1].

33. Et quomodo per virginem, quae non oboediebat[e], percussus est homo et lapsus[f] mortuus est[2], eo modo et[g] per virginem, quae oboedivit verbo Dei, in rursus excitato homine vita accepit vitam[h]. Nam venit Dominus, ut perditam ovem iterum[3] quaereret, et perditus[i] erat homo. Et propter hoc alia[k] creatura aliqua non factus est, sed ab eadem, quae ab Adam genus habebat, similitudinem creaturae servavit; nam necesse et

[1] Gn 1, 26 sq. [2] Gn 3, 6 16; 4, 1; cf. supra c. 17.
[3] Mt 15, 24; 18, 12. Lc 15, 6. 1 Petr 2, 25.

---

[a] TM. om. [b] TM male: Anordnung.

[c] Arm. casus instrumentalis. TM: gemäß.

[d] Nisi velis: «et fieret, qui scriptus est, etc.» TM non iam «Dominus» subiectum verbi «fieret» esse putans, participium «gregealn» neutrum agnovit «scriptum», et id tamquam subiectum verbi «fieret» assumpsit, ita ut transponeret. «Und [daß] das im Anfang Geschriebene geschehe», tamquam hoc iam in Adami creatione non factum esset, sed Christi demum incarnatione primo impletum esset.

[e] In arm. particip. [f] TM om. [g] TM addit: hier.

[h] Si licet ordinem verborum paululum relinquere, transferre potes: «eo modo vita per virginem ... in rursus excitato homine [sc. Christo data] accepit vitam». TM vertit: «er hat durch die Jungfrau ... das Leben erhalten vermittelst des im Menschen von neuem entwickelten Lebens». Sed si ordo verborum armenorum est servandus, talem translationem textus non patitur. Insuper TM non animadvertit «verstin artsartseal mard», h. e. «rursus excitatum hominem» esse Christum.

[i] Videtur textus substantivum ovem hic per errorem scriptoris omisisse et addi posse ovis, ita ut legendum sit: et perdita ovis erat homo.

[k] TM: neu.

dignum erat, rursus perficere[a] Adam in Christo, ut submersum[b] absorberetur mortale ab immortalitate[1], et Evam [perficere] in Maria[c], ut virgo virginis advocata facta solveret et destrueret virgineam inoboedientiam per virgineum obsequium.

34. Et ea, quae per lignum[2] peccata erant, soluta sunt per ligni obsequium, [per] quod, oboediens[d] Deo[3], Filius hominis clavis affixus est in ligno, mali cognitionem destruendo et boni cognitionem (intra)[4] introducendo et propriam dando. Et malum est non oboedire Deo, sicut oboedire Deo bonum est. Et propter hoc Verbum per Isaiam prophetam dicit, eventura[e] iam prius manifestando, nam propter hoc prophetae [appellantur], quod futura annuntiabant, dicit igitur per eum Verbum ita[5]: «Ego non dissentio[f] et non contradico, tergum meum dedi in percussiones et genas meas ad alapas et faciem meam non averti[g] a contu-

[1] 1 Cor 15, 53. 2 Cor 5, 4.
[2] 1 Petr 2, 24. Rom 5, 14. [3] Phil 2, 8.
[4] Gn 2, 17; 3, 5. 2 Cor 4, 6. Iac 1, 18. 1 Io 2, 14. Eph 3, 16.
[5] Cf. Is 1, 10; 2, 1.

---

[a] TM: die nochmalige Vollendung des Adam in Christus. Sed puto melius utroque loco «perfici» vertendum esse.

[b] TM neglexit.

[c] TM: Desgleichen in betreff der Eva und Maria. Doctus Armenus in textu «i Mariam» aut parum animadvertit aut siluit se textum alium supposuisse. ZEvay in Evay corrigebatur. Fortasse autem quis «z'(i) Evay i Mariam» legendum esse et addendum: «submersam absorberetur» putabit.

[d] TM: durch Nachgeben Gottes, tamquam dictum sit: «oboediente Deo», quae transpositio a verbo armeno non exposcitur, contradicit autem aperte processui cogitationis S. Irenaei.

[e] TM: Bedrängnis, quod in armeno non habetur.

[f] Secundum textum graecum ἀπειθῶ, fortasse in latino «non resisto» diceres. [g] TM improprie: verbarg.

melia conspuentium.»[1] Itaque[a] per obsequium, quod usque ad mortem[2] oboedivit, pendens in ligno[3], antiquam factam in ligno[b] inoboedientiam dissolvit[4]. Et propter quod[c] ipse est Verbum Dei omnipotentis, quod secundum invisibilem praesentiam[d] (seu speciem) ad nos[5] simul dilatatum est in toto mundo, et simul amplectitur[6e] et longitudinem eius et latitudinem, et altitudinem et profunditatem, nam verbo Dei cuncta gubernata[7] administrantur[f] et crucifixus est in his Filius Dei per modum crucis[g] impressus in universo. Nam necesse et dignum est eum visibilem factum[h] in apparentibus[i] inducere universi crucis suae communitatem[k]; ut operationem[l] suam hanc in apparente ostenderet per visibilem formam, quod is est, qui splendescere facit altitudinem[8],

[1] Is 50, 6 (secundum LXX). [2] Phil 2, 8.
[3] Act 5, 30; 10, 39. Gal 3, 13.
[4] Rom 5, 19. Eph 2, 16. Col 1, 20; 2, 14. [5] Eph 3, 17.
[6] Eccli 48, 3. [7] Ps 32, 6. [8] Eccli 24, 5 sq.

---

[a] Ab hac parte usque ad finem capitis invenitur in «Zeitschrift für Kirchengeschichte» XXXV translatio graeca a W. Lüdtke facta.

[b] TM: den alten mit dem Stolz verbundenen Ungehorsam.

[c] TM: Denn.

[d] TM: in unsichtbarer Gestalt. Lüdtke: κατ' ἀφανὲς εἶδος. Substantivi armeni «tesil» intellegentia admodum multiplex est. Ego non transponendum duxi «Gestalt», quia haec vox difficile cum adiectivo «invisibilis» coniungitur, cum de praesentia — id quod vox armena revera significat — invisibili facillime loqui possit. Quodsi cum L. armeno textui graecum εἶδος supposueris, non a vero declinabis, si conditionis seu modi aut status intellegentia reddideris.

[e] TM: durchzieht. [f] TM: hat Bestand. L: οἰκονομεῖται.

[g] TM: kreuzweise. [h] In armeno instrumentalis infinit.

[i] L: εἰς τὸ φανερὸν ἄγειν.

[k] TM addit: unser aller, quae verba in armeno non invenies.

[l] Bousset loco operationem (ἐνέργειαν) in originali textu ἐνάργειαν haberi opinatur (cf. Lüdtke l. c. 256, qui hoc verisimile non esse iudicat).

hoc est, quae in caelo[a], et continet[b] profundum, quod est in subterraneis terrae, et extendens porrigit longitudinem ab oriente usque ad occidentem, et septentrionales plagas et meridiei latitudinem gubernando[1][c] et advocando omnes undique dispersos[2] ad cognitionem Patris.

35. Itaque implevit[d] et Abrahae factam repromissionem, quam repromisit ei Deus, se facturum esse semen eius sicut stellas caeli[3], nam hoc fecit Christus ex illa, quae ab Abraha genus habebat, virgine natus et luminaria in mundo constituens[4][e] credentes in eum, per eamdem fidem atque Abrahae iustificans gentes[5]. «Nam credidit Abraham Deo et reputatum est ei ad iustitiam.»[6] Simili modo et nos credendo Deo iusti reddimur, nam «iustus ex fide vivet»[7]. «Ergo non per legem repromissio Abrahae[f], sed per fidem.»[8] Nam iustificatus est ex fide Abraham[9] et iusto lex posita[g] non est[10]. Simili modo et nos non per legem iusti reddimur sed per fidem testificati a lege et a prophetis[11], quos adducit nobis Verbum Dei.

36. Etiam implevit Davidi repromissionem, nam repromisit ei Deus e fructus ventre[h] eius se suscitaturum

[1] Eccli 24, 8 45. [2] Io 11, 52. [3] Gn 15, 5.
[4] Phil 2, 15. [5] Rom 3, 28 sq. Gal 3, 8.
[6] Rom 4, 3. Gal 3, 6. [7] Hab 2, 4. Rom 1, 17. Gal 3, 11.
[8] Rom 4, 13. [9] Rom 4, 2 9. [10] 1 Tim 1, 9. [11] Rom 3, 21.

---

[a] TM om. [b] TM: fortsetzt. [c] TM: durchschifft.
[d] TM ordinem verborum mutavit.
[e] TM participium dissolvit, sed, ut videtur, falso. In arm. habes participium perf.
[f] TM adiungit: vermittelt. [g] TM: gibt es.
[h] Sic verbum e verbo exprimens transferre debet. TM: Gesproß seines Leibes.

esse regem sempiternum, cuius regni finis non erit[1]. Et rex hic[a] Christus Filius Dei, filius hominis factus[2], id ipsum est, ex ea, quae a David genus habebat, virgine fecunditas factus. Et propter hoc «a fructus ventre» repromissio facta est[b], quae est seorsum[c] mulieris conceptionis nativitas[d], neque a fructu lumborum neque a fructu renum, quae est seorsum [ipsius] viri nativitas (seu generatio)[e], ut [tamquam] seorsum sola[f] et propria [facta][f] haec, quae a Davide [exorti] virginei ventris fecunditas esset, manifestaretur, [ille] qui rex erat[g] super domum David sempiternus, cuius regni finis non erit[3].

37. Itaque hoc modo gloriose expugnabat[h] redemptionem nostram[4] et patrum repromissionem perficiebat[5] et priscam inoboedientiam dissolvebat[i] [6]. Filius Dei filius Davidis et filius Abrahae factus est. Nam hoc per-

[1] 2 Reg 7, 12. [2] Hebr 1, 5. [3] Lc 1, 33.
[4] Rom 3, 24. Eph 1, 7. Col 1, 14. 1 Tim 2, 6.
[5] Lc 24, 7 44. [6] Rom 5, 19. Phil 2, 8.

---

[a] TM in textu armeno pronomem ad «rex» substantivum, in translatione germana ad «Christus» retulit.

[b] Signum « » ab interprete latino additum est.

[c] TM minus apte: die eigentümliche. [d] TM: Hervorbringung.

[e] Secundum meam a Vardanian approbatam (l. c. 327) in TQ 1909, 560 et 1911, 162 expositam emendationem textus «arn tsenund» loco «ar i tsenund», quod esset interpretandum: quod est seorsum proprie in nativitate. TM vertit: was auch eine besondere Art von Hervorbringung ist. Quod num ordini verborum et rei veritati melius congruat quam emendatio mea, benevolus lector diiudicet!

[f] In textu armeno accusativus (?).

[g] TM ordinem huius propositionis non cognovit, cum «qui rex erat» non subiectum assumpsit ad praedicatum «manifestaretur», sed novam propositionem incipiens vertit: Er herrscht über das Haus D etc. Nec mea translatio germana sensum hic accurate reddidit.

[h] TM: hat durchgeführt. [i] *i baz* lutsaner.

agendo[a] et rursus perficiendo in se, ut nobis propriam redderet vitam, Verbum[b] Dei caro factum est per virginis administrationem[1][c] ad [dis]solvendam mortem[2] et vivificandum hominem[3]; nam in vinculis mortis eramus nos[d] et per peccatum nascituri[e] et cum morte victuri.

38. Ergo admodum misericors erat Pater Deus. Misit miraculi expertum[f] Verbum[4], quod cum venisset, ut nos salvaret, in eisdem locis nobis et in eisdem spatiis[g] factum est[5], in quibus nos exsistendo[h] perdidimus vitam, solvendo carcerum[i] vincula. Et apparuit lux eius[6] et fugavit[k] tenebras carceris et sanctificavit nostram nativitatem et destruxit mortem, id ipsum vinculum, quo retenti eramus, dissolvens. Et resurrectionem ostendit[l] ipse primogenitus mortuorum[7] factus et in se ipso erigens[8] eversum hominem, extollendo[m] in altum supra caelum[n] ad dextram gloriae Patris[9]. Sicut Deus per prophetam promisit dicendo: «Et erigam[o] tabernaculum David eversum»[10], id est corpus e Davide [progenitum]. Et id vere

[1] Lc 1, 38. [2] 2 Tim 2, 10. Hebr 4, 14.
[3] Io 3, 15; 10, 10. [4] Is 9, 6. [5] Io 1, 14.
[6] Mt 4, 16. Io 1, 5; 12, 46 [7] Col 1, 18. Apc 1, 5.
[8] Rom 6, 8 sqq. [9] Phil 2, 11. Act 7, 35. Hebr 2, 9.
[10] Am 9, 11.

---

[a] TM participia dissolvit et per modum sententiae principalis construxit. [b] TM hic novam incipit sententiam principalem.

[c] TM: nach dem Ratschluß in betreff der Jungfrau.

[d] TM: wir waren gefangen.

[e] In textu armeno habes participium futuri: δι' ἁμαρτίας μέλλοντες γεννηθῆναι καὶ μετὰ θανάτου ζῆσαι.

[f] TM: das schöpferische. [g] TM: Mitte. [h] TM om.

[i] TM: Fesseln.

[k] Verbotenus: invisibilem reddidit. TM: zu nichte gemacht.

[l] TM: erwiesen. [m] TM addit: ihn.

[n] TM: in den obersten Teil des Himmels. [o] TM: wieder aufbauen.

perfecit Dominus noster Iesus Christus nostram redemptionem gloriose expugnando, ut nos vere resuscitet salvificans[a] Patri[1]. Et si quis [factam] e virgine nativitatem eius non acceperit, quo pacto [factam] e mortuis resurrectionem eius accipiet[b]? Nam nihil admirabile est[c] et nihil stupendum nihilque inopinatum. Nam si non natus surrexit a mortuis, neque amplius resurrectionem eius sine nativitate facti[d] [surrexisse] dicere[e] possumus. Nam ingenitus etiam[f] immortalis, et qui non subditus est nativitati, nec etiam sub mortem subdetur. Nam qui initium hominis non assumpsit, quo pacto poterat accipere finem eius?

39. Ergo, si natus non est, neque etiam mortuus est; et si mortuus non est, neque etiam surrexit a mortuis; et si non surrexit a mortuis[2], neque etiam mortem vicit[3] neque [est][g] destructum regnum eius[4]; et si mors victa non est, quo pacto nos ascendemus[h] ad vitam[, qui] ab initio[i] morti obnoxii [sumus][5]? Itaque, qui pellunt redemptionem ab homine[k] neque credunt Deo, quod resuscitabit eos a mortuis[6], ii etiam nativitatem Domini nostri contemnunt[7], quam propter nos sustinuit[8] Verbum

[1] Io 12, 47. 1 Cor 15, 23 sq. [2] Cf. 1 Cor 15, 12 sqq.
[3] 1 Cor 15, 24 sq. 2 Tim 1, 10.
[4] Rom 6, 5 sqq; 7, 4 sq; 8, 11. Hebr 2, 10 14.
[5] Rom 6, 9; 8, 2. 1 Cor 15, 22. [6] 1 Cor 15, 12.
[7] 1 Io 4, 2. 2 Io 7. [8] Rom 8, 3.

---

[a] TM: uns auferstehen lasse zum Leben auf den Vater hin (?).
[b] TM: könnte annehmen. [c] TM: wäre.
[d] TM addit: also. [e] Sive: appellare.
[f] TM: und. TM hic parallelismum constructionis non cognovit et sensum S. Irenaei detorsit.
[g] TM: wäre. [h] TM: *könnten* wir hinaufsteigen.
[i] In arm.: i skzbanēkhs (?). [k] TM: von den Menschen.

Dei caro factum[a], ut carnis[b] resurrectionem ostenderet[1] et omnibus antecederet in caelum[2], quod[c] primonatus (primogenitus) cogitationis Patris, Verbum, perficiens [erat] unumquodque gubernando[d] et leges ferendo, ipsum super terram, — quod unigenitus erat virginis, iustus, homo sanctus, pius, bonus, placens Deo[3], perfectus in omnibus, liberando omnes, qui sequuntur[e] eum[4], a gehenna, — quod primogenitus mortuorum[5], ipse et dux princeps vitae Dei.

40. Hoc igitur modo procedit ad omnes[f] Verbum Dei, quod homo verus est et admirabilis consiliarius et Deus potens[6], ad communionem concordiae hominem rursus revocans Dei[g], ut per communitatem cum ipso nos participationem incorruptibilitatis accipiamus. Ergo, qui praedicatus est a lege per Moysen et prophetas Dei excelsi[7] et omnipotentis, Filius Patris cunctorum, a[h] quo unumquodque [factum est], qui locutus est cum Moyse, hic venit in Iudaeam satus a Deo per Spiritum Sanctum,

[1] 1 Cor 15, 12 sqq. [2] Act 26, 23. [3] Hebr 7, 26 sq.
[4] Io 10, 4 sq 27. [5] Rom 8, 23. Apc 1, 5.
[6] Is 9, 6. [7] Ps 72, 11.

---

[a] In arm. infinitivus. TM: indem. [b] TM: des Leibes.
[c] TM pergit in forma sententiae principalis.
[d] TM: die Welt durchzog. Ad verbum expressum dici etiam posset: navigans. [e] TM: nachfolgten.
[f] TM: dringt ... in allen.
[g] TM constructionem genitivi absoluti in armeno supponens «Dei» ut genitivum subiecti accipit, et in forma sententiae principalis «ad communitatem» etc. cum verbo «procedit» coniungens vertit: »Das Wort ... dringt zur einträchtigen Gemeinschaft aller vor.... So hat Gott den Menschen von neuem berufen.» Nos communitatem unitatis cum substantivo «Dei» coniungentes analogiam c. 31 secuti sumus et nitimur in harmonia interna idearum.
[h] TM: und von dem, addens «und».

et natus a virgine Maria illa, quae e semine David[1] et Abrahae, Iesus unctus Dei[2], ostendendo ipsum esse [illum] prius praedicatum per prophetas[3].

41. Cuius praecursor antecedens [fuit] Ioannes baptista[4], prius praeparando et instruendo populum ad acceptionem Verbi vitae, hunc manifestans esse Christum, super quem Dei Spiritus requievit[5], unitus[a] cum carne eius. Huius discipuli et testes omnium bonorum operum et doctrinae et passionum eius et mortis et resurrectionis et in caelum[b] post corporalem resurrectionem profectionis[6] apostoli, qui post [superventuram] virtutem Spiritus Sancti[7] missi ab eo in omnem mundum, gentium vocationem [per]fecerunt[8][c] ostendendo hominibus viam vitae, [ut] reducerent eos ab idolis et a fornicatione et a studio habendi[d], [et] purgando animas eorum et corpora per baptisma aquae et Spiritus Sancti[9], quem Spiritum Sanctum acceperant a Domino[10], (eum) distribuentes[e] (et dispensantes) fidelibus[11], et ita disponentes[f] constituerunt ecclesias. Fide et caritate et spe statuerunt (seu confirmaverunt)[g] prius praedicatam a prophetis vocationem gentium secundum misericordiam Dei factam super eas, per suum ministerium servitii manifestando[h]

[1] Rom 1, 3. 2 Tim 2, 8. [2] Lc 9, 20.
[3] Lc 24, 44 sqq. Mt 16, 21. Io 5, 39 45 sqq.
[4] Mt 3. Io 1, 15 19 sqq. [5] Io 1, 33. [6] Act 1, 21 sq.
[7] Act 1, 8. Mt 28, 18. [8] Act 9, 15; 10, 4 7 sq.; 11, 21 sqq.
[9] Io 3, 5. [10] Act 2, 17 sqq. [11] Act 8, 17.

[a] TM: vermischend. [b] TM ordinem verborum mutavit.
[c] TM minus accurate: die Heiden beriefen.
[d] In arm. habes vocabulum, quod graecum πλεονεξία reddit, h. e. studium plus habendi sive avaritia vel etiam usura. TM: Wucher.
[e] Sive: distribuebant et dispensabant.
[f] TM libere: in aller Ordnung. [g] TM: ausgeführt.
[h] TM abbrevians: indem sie sie durch ihren Dienst verwirklichten.

et recipiendo eas[a] in promissionem patrum[1], hoc modo credentibus et amantibus Dominum[b] et in sanctitatis et iustitiae et patientiae loco vitam aeternam per resurrectionem a mortuis allaturum esse Deum cunctorum pollicitam[c] per eum, qui mortuus est et resurrexit, Iesum Christum; cui tradidit entium cunctorum regnum et principatum vivorum et mortuorum et iudicium; et ut corpus custodirent in resurrectionem immaculatum et animam incorruptibilem, verbo veritatis consilium dederunt.

42. Nam hoc modo [se] habere [debent] credentes, (constanter) permanente semper in eis Spiritu Sancto, qui datus est in baptismate[2] illo (?)[d] (ab eo) et custoditur ab accipiente [et in] veritate et sanctitate et iustitia et patientia conversante[e]; nam huius[f] animae resurrectio est fidelibus, cum corpus[g] rursum accipiat[h] animam et una cum ea virtute Spiritus Sancti suscitetur et intus

[1] Act 13, 32. [2] Mt 3, 11. Act 19, 2 sq.

---

[a] Sc. gentes. TM: jene Heiden.

[b] TM neglecta constructione armena partem a «hoc modo» usque «Dominum» ante partem: «communicantes eis promissionem patrum» praeponit et verba «daß nämlich» adiungit.

[c] Dubitari potest, utrum participium armenum in activo an in passivo sensu accipi debeat. Si in activo sensu accipi debet loco «pollicitam» «pollicitum» transvertendum est. Alia quaestio est, utrum hoc participium passivum ad promissionem an ad «vitam aeternam» referendum sit. Ego primum supposui. TM participium refert ad Deum, ita ut pollicitum scribendum sit. Sed haec relatio mihi non videtur vera, qui «per eum» cum «allaturum esse» coniungendum putavi, cum superius promissio Dei per prophetas facta ostenderetur.

[d] TM: von ihm (von Christus?). [e] TM: wodurch er wandelt.

[f] TM: auch. [g] TM inducit pluralem.

[h] In textu armeno instrumentalis infinitivi. Textus emendatione egere videtur.

introducatur in regnum Dei. Hic est benedictionis Iapheti fructus in vocatione gentium per Ecclesiam apparens, quod constanter intendentes [intendens][a] habitationem [Iaphet] accipere[n]t in domo Sem secundum repromissionem Dei.

PARS SECUNDA.

Divina auctoritas Christi mediatoris et religionis restauratoris probatur. Principia.

Cuncta haec ita futura esse prius annuntiavit Spiritus Dei per prophetas, ut firma apud illos[b] fides sit veritate Deum colentium. Nam quod penitus impossibilitas erat nostrae naturae et propter hoc parvam fidem erat adducturum hominibus, haec Deus per prophetas fecit prius annuntiari, ut e [priore] praedictione[c] ante[d] multa tempora [facta] tum tandem eventu habito ita, sicut etiam antea dictum fuerat, cognoscamus quod Deus erat, qui antea annuntiavit nobis redemptionem nostram.

43. Sed Deo in omnibus credere (necesse et) dignum est. Nam verus est in omnibus Deus, et quod [genitus] fuit Filius Dei[e] et [quod] hic est[f] non solum prius quam apparuit[g] in mundo, sed etiam prius quam mundus factus est.

---

[a] TM: das sich anschickt.

[b] TM: bei denjenigen, welche Gott in der Wahrheit dienen. Sed in textu armeno pro «denjenigen» habes accusativum, pro «welche ... dienen» genitivum.

[c] In textu armeno infinitivus passivi = ut ex eo quod prius diceretur ante multa tempora et quod tum tandem eventum haberet etc.

[d] TM addit: d. h., et pro infinitivo passivi supponit participium passivi, ut vertat: das früher, d. h. vor vielen Zeiten, Gesagte.

[e] TM libere: auch in dem, was das Dasein des Sohnes betrifft.

[f] TM: war. [g] TM: vor seinem Erscheinen.

SECTIO PRIMA.

De Christi praeexsistentia, eius in Vetere Testamento operatione, quae praefigurabat futura.

Quem[a] primus annuntiavit Moyses; dicit hebraice: «baresith bara elowhim basan benuam samenthares», et hoc translatum dicitur[b]: «Filius[c] in principio, constituit Deus postea terram et caelum.»[1] Testimonium huic dat etiam Ieremias [?] propheta dicendo ita: «Ante luciferum genui te, et ante solem nomen tuum.»[2] Et hoc est ante mundi constitutionem. Nam simul cum mundo etiam stellae factae sunt. Et rursus ipse dicit: «Beatus est qui erat, priusquam fieret homo[d] (ille)[e].»[3] Nam Deo fuit initium prius quam mundi constitutio[f] Filius, sed nobis tum, quando apparuit. Sed prius quam hoc [tempore] nobis non erat, qui non sciebamus eum, propter quod et discipulus eius Ioannes narrando[g] nobis [eum], qui est Filius Dei, qui erat apud Patrem prius quam mundus fieret[4], et quod per eum facta omnia sunt, dicit ita: «In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Unumquodque per ipsum factum est, neque sine

[1] Gn 1, 1 secundum hebraicum textum, qui hic in corrupta forma laudatur. [2] Ps 71, 17; 109, 3.
[3] Eccle 4, 3? Eccli 24, 5? Mt 26, 24? [4] Io 17, 5.

---

[a] TM: was. [b] Textus armenus adiungit: «in armenam linguam».
[c] Nisi: «Filium in principio» scribendum est, quia sequitur «postea constituit etc.» Contra quod sane dicendum est Deum Filium non creasse, neque Irenaeum putasse Filium a Deo *creatum* esse.
[d] Nomen praedicati. TM falso vertisse cum scriberet: «Vor dem Werden des Menschen», non solum ex constructione armena sed etiam ex sententia sequenti deprehenditur.
[e] Ille est subiectum, homo autem nomen praedicati.
[f] Sive: ante mundi constitutionem. [g] TM: erzählen will.

eo factum est quidquam» 1, manifestius ostendens, quia, quod in principio Verbum erat apud Patrem, per id[a] omnia facta sunt, hoc est Filius eius[b].

44. Et iterum Moyses prope venisse[c] ad collationem sermonum Filium Dei cum Abraham [narrans?] dicit: «Et apparuit illi Deus ad quercum[d] Mambre in meridie, et suspiciens oculis vidit, et ecce tres viri praetereuntes stabant supra[e] eum et prostratus est ad terram[f] et dixit: Domine, si revera[g] inveni gratiam coram te.» 2 Et posterius unumquodque loquitur[h] cum Domino et Dominus loquitur[h] cum eo. Duo igitur e tribus angeli erant, sed unus Filius Dei, cum quo etiam locutus est Abraham orando propter Sodomitas, ne perirent illi, si invenirentur ibi saltem[i] decem iusti 3. Et hi dum loquebantur, duo angeli 4 descendunt[k] Sodomam et recipit[l] eos Loth. Et deinde dicit Scriptura: «Et Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino e caelo» 5, id ipsum[m] est Filius, qui locutus est cum Abraha. Quia Dominus erat, accepit potestatem Sodomitarum punitionis a Domino e caelo, a Patre, qui dominatur in cunctos.

1 Io 1, 1 sqq. 2 Gn 18, 2. 3 Gn 18, 13 32; 19, 24.
4 Gn 19, 1. 5 Gn 19, 24.

---

a = per quod.

b Textum alterationem passum esse apparet, cum ante «per» jew = et elapsum et loco woroy = cuius scriptum sit nora = eius. TM vertens hac emendatione tacens utebatur.

c Seu appropinquasse.

d TM: Terebinthe; cf. c. 99, ubi ad terebinthen significandam alia vox armena adhibetur. e TM: vor.

f Textus arm. ad verbum reddit graecum προσεκύνησε ἐπὶ τὴν γῆν.

g TM: irgend. h TM: sprach. i TM: auch nur.

k TM: gingen hinunter. l TM: aufnahm. m TM: das.

Ergo propheta erat Abraham et videbat ventura quae futura erant, humana forma[a], Filium Dei, quomodo locuturus esset cum hominibus[1] et cibum manducaturus cum illis[2] et deinde iudicium[3] superinducturus[b] a Patre illo, qui dominatur in cunctos, potestatem Sodomitarum punitionis adeptus.

45. Etiam[c] Iacob proficiscendo in Mesopotamiam in somnio videt eum, quomodo[d] progressus [summa] stabat in scala[e], hoc est in ligno, quae constituta erat a terra[f] usque ad caelum[4]; nam per eam [sc. scalam ligni, quod est crucis] proficiscuntur credentes ei in caelum. Nam passiones eius in altum elevatio nostra sunt[5]. Et omnes huiusmodi visiones Filium Dei significant, loquentem[g] cum hominibus et conversantem[h] cum eis. Nam non quod Pater cunctorum, qui non videtur[i] a mundo[6], et creator cunctorum, qui dicebat: «Caelum meus thronus est et terra scabellum pedum[k] meorum; qualem domum aedificabitis mihi, (et:) aut quis locus requietis meae»[7], et qui apprehendit aridam pugno[l] et palma[l] caelum[m] [8], [non quod] hic in minore loco praeteriens[n]

[1] Hebr 1, 1. [2] Is 7, 22. Mt 11, 19. [3] Io 5, 22.
[4] Gn 28, 12. [5] Is 53, 5. [6] 1 Io 4, 12. 1 Tim 6, 16.
[7] Act 7, 49; 17, 24. Is 66, 1 sq. [8] Is 40, 12.

---

[a] TM: nach menschlicher Weise. [b] TM addit ad super: sie.
[c] TM: und.
[d] TM: daß; sed in armeno textu eadem coniunctio adest, quam TM c. 44 in fine «wie» vertebat.
[e] TM: oben an der Leiter.
[f] In textu arm. erronee: yerknē = e caelo loco yerkrē = e terra.
[g] In arm. instrumentalis sicut et sequens participium.
[h] TM: wandelte. [i] TM addit: kann.
[k] TM mutavit ordinem verborum. [l] TM addit: seiner.
[m] TM addit: spannt. [n] TM: sich aufhaltend.

staret et loqueretur cum Abraha, sed Verbum Dei, quod semper erat cum genere humano et ventura, quae futura erant, prius annuntiabat et docebat homines de Deo[a].

46. Is est, qui in rubo locutus est cum Moyse et dixit: «Videndo vidi[b] afflictiones[c] populi mei, qui in Aegypto[d], et descendi, ut salvarem eos.»[1] Is est, qui exibat[e] et descendebat ad redemptionem laborantium, evehendo nos e potestate Aegyptiorum, id ipsum est ab omni idololatria et impietate; et a Rubro Mari liberando nos, id ipsum est a mortali gentium conturbatione et ab amara seductione blasphemiae eorum liberando nos. Nam in illis prius exercitis instituebantur nostra [a] Verbo Dei, tum typologice[f] ostendendo[g] prius ventura, nunc autem vere e gentium acerba[h] servitute evehendo nos et[i] flumen aquae in eremo abundanter eructavit e petra[k] — et petra est ille[l] —[2]; et duodecim fontes[m][3] dedit, id est doctrinam duodecim apostolorum; et inoboedientes et pusillanimos[n] exterminavit et deperdidit[o] in eremo, verum credentes ei et malitia infantes factos introducendo in hereditatem patrum, quam non Moyses sed Iosue hereditate percipiens sorte distribuit[p], qui et liberat nos ab Amalec per expansionem[q] manuum suarum[4] et in Patris (portans) evehit regnum.

[1] Ex 3, 3—8. [2] Ex 17, 6. 1 Cor 10, 4.
[3] Ex 15, 27. Nm 33, 9. [4] Ex 17, 8 sqq.

---

[a] TM: das Göttliche.
[b] TM addit: zur Genüge. [c] TM: Bedrückung.
[d] TM addit: est. [e] TM: hinaufstieg. [f] TM: im Bilde.
[g] Loco «zuzeloy» videtur «zuzelow» scribendum esse.
[h] In arm. subst. acerbitatis. [i] TM: so auch.
[k] TM: vom Felsen. [l] TM addit: selbst. [m] TM: Wasserbäche.
[n] Pro: pusillam fidem habentes. [o] TM om.
[p] Praesens. [q] TM: durch das Festgebundenwerden.

47. Ergo Dominus est Pater, et Dominus est Filius, et Deus Pater, et Deus Filius, nam a Deo genitus Deus est. Et hoc modo secundum substantiae[a] et virtutis suae essentiam unus Deus ostenditur, et est quidem tamquam[b] gubernator[c] procurationis (oeconomiae) redemptionis nostrae[d] et Filius et Pater. Quod invisibilis est et inaccessibilis creaturis[1] Pater cunctorum (cunctis?), per Filium[2] necesse est habere ad Patrem subiectionem adductionis[e] accessuros[f] ad Deum[3]. Et etiam manifeste visibiliore claritate[g] David de Patre et Filio hoc modo dicit: «Thronus tuus, Deus, in saecula saeculorum; amavisti iustitiam, odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus oleo laetitiae plus quam consortes tuos[h].»[4] Nam [dicit] Filium, quia Deus est, accipere a Patre, id ipsum est a Deo, thronum aeterni regni et oleum unctionis plus quam consortes eius[i]. Et oleum unctionis est Spiritus, quo unctus est, et consortes eius [sunt] prophetae et iusti et apostoli et omnes, qui accipiunt consortium regni eius, id ipsum est discipuli eius.

48. Et iterum dicit David: «Dicit Dominus ad Dominum meum: sede ad dextram meam[k], donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam[l] virtu-

[1] 1 Tim 6, 16. [2] Eph 2, 18; 3, 12. [3] Io 14, 6.
[4] Ps 44, 7 sq. Hebr 1, 8.

---

[a] TM: nach seinem Sein. [b] Vel: secundum [quod est].
[c] TM videtur omisisse.
[d] TM: nach der Ökonomie unserer Erlösung *recht* eigentlich ..
[e] TM: genommen und erobert worden.
[f] Graece: μέλλοντες προσιέναι. TM: die vorherbestimmt sind, ... nahezutreten.
[g] In textu arm. adiect. TM: offenbarer und klarer.
[h] TM: wie keinen deiner Genossen. [i] TM: wie keiner etc.
[k] TM: meine*m* Rechten. [l] Sive: Sceptrum.

tis[a] emittet[b] Dominus ex Sion et[c] dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum in principio in die virtutis tuae, in illuminatione sanctorum, ex utero prius quam luciferum[d] genui te. Iuravit Dominus et non paenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum[e] secundum ordinem[f] Melchisedech, et Dominus a dextra tua. Confregit in die irae suae reges, iudicabit in nationibus, implebit eversa[g] et confringet capita multorum in terra[h]. E torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.» 1 Per id igitur longe primum eum gigni annuntiavit et dominari eum in gentes et iudicare omnes homines et (regem) [reges][i], hodie odientes eum et nomen eius persequentes, nam[k] ii inimici illius. Et sacerdotem appellans eum in aeternum Dei immortalitatem eius denuntiavit. Et propterea dixit: «De torrente bibet in via, propterea exaltabit caput», [quo] iuxta humanitatem eius annuntiat et iuxta humilitatem et ignobilitatem altitudinem cum gloria[l].

1 Ps 109.

---

a TM non accurate: ein mächtiges Zepter.

b TM: hersenden. c TM: so.

d Textus in manuscripto hic contractus esse videtur, cum «useak», loco «aruseak», legatur. TM recte supplevit.

e TM: für immer; sed graece non εἰς ἀεί sed εἰς τὸν αἰῶνα supponendum esse puto.

f TM: nach der Weise.

g TM: mit Gefallenen anfüllen; sed in textu armeno accusativus invenitur.

h TM: über die Erde hin. Textus armenus habet solum locativum.

i TM: Könige. k TM: also.

l TM relictis verbis textus armeni: Damit tut er die herrliche Erhöhung des Menschlichen und Niedrigen und des Unherrlichen in ihm kund.

49. Et iterum Isaias propheta dicit: «Sic dicit Dominus Deus ad unctum[a] meum Dominum[b], cuius[c] tenui ad dextram, audire coram eo gentes.»[1] Et si [quaeritur], qua ratione[d] etiam Christus appelletur Filius Dei et rex gentium, quod est omnium hominum, et quod Filius Dei et appellatur et est et rex omnium[e], ita David dicit: «Dominus dixit ad me, filius meus es, ego hodie[f] genui te, postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessiones [tuas] orbem[g] terrae.»[2] Haec non ad David dicta sunt, nam non in gentes et non in orbem[h] potestatem habuit, sed solum [in] Iudaeos. Ergo manifestum est: uncti promissio, regnaturum [eum] in orbem terrae, Filii Dei est, quem ipsum David suum Dominum confessus est ita dicendo: «Dicit Dominus ad Dominum meum, sede ad dextram meam»[3], et sequentia, sicut iam prius diximus[i]. Nam Patrem cum Filio loqui dicit, sicut et[k] paulo prius de Isaia ostendimus[l], quod[m] dicebat ita: «Dicit Deus ad unctum meum, ad Dominum, audire coram eo gentes.» Nam eadem promissio per utrumque prophetam: regem esse eum; itaque ad unum et eundem locutiones Dei sunt, id ipsum dico, ad Christum,

[1] Is 45, 1. [2] Ps 2, 7 sq. [3] Ps 109, 1.

---

[a] TM mutavit ordinem verborum.

[b] Irenaeus legit κυρίῳ loco κύρῳ cum Barnaba, Tertulliano, Cypriano, Lactantio, sicut TM[2] cum Nestle animadvertit.

[c] In textu armeno pluralis = quorum, quod videtur error librarii esse, qui j cum z confudit. [d] TM: wie ist es aber.

[e] TM omittit parallela verba, pro illis «Darüber» scribens.

[f] Supposui emendationem textus «merk» in «serk», quam P. Akinean iuste proposuit; cf. etiam Bazmawep, Venetiis 1810. Primum «nudus», posterius hodie significat.

[g] TM: die Enden. [h] TM addit: ganze. [i] Vide c. 48.

[k] TM om. [l] TM: auf Isaias verwiesen haben. [m] TM: der.

Filium Dei. Quoniam[a] «David dicit: ‚Dominus dixit ad me‘, necesse est dicere, quod non David est[b], qui[b] loquitur, neque alius quispiam e prophetis, ipse ab ipso, nam[c] non homo est, qui dicit[d] prophetias, sed Dei Spiritus»[1] formans et figurans ipsum similem praesenti personae[e] in prophetis loquebatur; aliquando[f] a Christo et aliquando a Patre faciebat verba.

50. Ergo convenienter (apte) Christus per David dicit, ipsum cum ipso Patrem[g] loqui[h], et convenienter digne et alia etiam ipse de se per prophetas dicit, sicut et in aliis etiam per Isaiam in modum hunc: «Et hodie ita dicit Dominus, qui plasmavit me servum suum ab utero[i], ut colligam[k] Iacob et Israel ad eum colligam, et magnificabor ante Dominum et Deus meus erit mihi virtus. Et dixit: magnum erit tibi vocari servus meus, suscites[l] et confirmes[m] tribus Iacob et dispersionem[n] Israel reducas. Et posui[o] te in lucem gentium, ut sis in redemptionem usque ad extremam terram.»[2]

51. Nam hic[p] (longe) primum[q], quod prius erat Dei Filius, inde est, quod Pater loquebatur cum eo, et, prius-

[1] 2 Petr 1, 21.

[2] Is 49, 5 verum differt a textu Vulgatae et hebraeo, concordat autem secundum sensum graeco LXX.

---

[a] TM: denn wenn. [b] TM om., addit: eigentlich.

[c] TM: da ja. [d] TM: hersagt (?).

[e] TM: je nach der Ähnlichkeit der betreffenden Person.

[f] TM praeposuit: und.

[g] Textus armenus emendatione eget, loco «zhor» legatur «zhair».

[h] TM: daß der Vater mit ihm spricht.

[i] TM ordinem verborum mutavit. [k] In textu arm. infinitivus.

[l] In textu arm. infinitivus. [m] TM om.

[n] TM: die Zerstreuten. [o] TM: ich machte.

[p] Sc. in his, quae c. 48—50 dicta sunt.

[q] TM addit: zu beachten.

quam nasceretur, eum visibilem[a] hominibus fecit; et deinde quod nascendum[b] eum e hominibus hominem [necesse et] dignum est fieri; et quod idem ipse Deus a ventre plasmat eum, id ipsum est[c] quod a Spiritu Dei nascetur, et quod omnium hominum Dominus est, et redemptor credentium ei Iudaeorum et aliorum[1]. Nam Israel Iudaeorum populus vocatur hebraica loquela a[d] Iacobo patre, qui etiam primus *Israel* vocatus est[2]. Et gentem[e] vocat[f] omnes homines. Et servum se ipsum Patris Filium appellare[f] propter [praestitam] in Patrem oboedientiam[3], quia omnis Filius servus est patris sui apud homines[4].

SECTIO SECUNDA.

Quomodo prophetiae Veteris Testamenti in Christi vita, operibus, passione, resurrectione impletae sint.

52. Ergo quod Filius Dei, factus prius quam totus mundus, Christus est cum Patre et apud Patrem exsistendo et propinque et iunctim[g] et unite[h] exsistendo cum hominibus et rex cunctorum, nam unumquodque subiecit ei Pater, et redemptor credentium in eum, tales exponunt scripturae. Quoniam non est possibile et poten-

[1] Rom 3, 29. [2] Gn 32, 28.
[3] Hebr 5, 8. Phil 2, 8. Rom 5, 19. [4] Gal 4, 1.

---

[a] TM: bekannt gemacht hat. Sed auctoris in animo quae c. 44—46 relata sunt, revocabantur.

[b] TM in forma sententiae principalis: war er dazu bestimmt, unter den Menschen geboren (?) als Mensch aufzutreten.

[c] TM: das heißt. [d] TM: nach.

[e] Id est: paganos seu ἔθνη. TM addit: (die Schrift); rectius suppletur: Isaias, cf. c. 50.

[f] TM vertit infinitivum armeni textus in forma sententiae principalis.

[g] TM: zugleich nahe. [h] TM: in Berührung.

tia totam scripturam[a] in collectionem ordinis[b] ponere, et ex iis[c] et alias [scripturas] cognoscas similia his dicentes[d], credendo Christo et sapientiam et intellegentiam postulando a Deo ad intellegendum a prophetis dicta[1].

53. Et quod Christus hic, qui erat apud Patrem, Verbum essendo Patris, rursus[e] erat[f] incarnandus et homo qui fieri, et processum (!)[g] nativitatis qui subire debebat[h], et nascendus e virgine et, qui ambulare debebat[i] cum hominibus, cum Pater cunctorum etiam operaretur incarnationem eius[k], Isaias[2] hoc modo dicit: «Propter hoc dabit Deus ipse tibi signum. Ecce virgo (tua)[l] concipiet et pariet filium et vocabitis eum Emanuel; butyrum et mel comedet; priusquam cognoscat (is) vel etiam distinguat malum, eligit[m] bonum. Quia, antequam cognoscat puer bonum vel malum, improbat malitias[n], ut eligat bonum.» Et quod nascetur a virgine, annuntiat et quod vere homo [sit] per manducare eius praeparans[o] animadvertit; et [propterea] quod puerum eum vocat, verum etiam [propterea] quod nomen ei imponit. Nam haec erratio est etiam nati[p], et nomen est ei duplex hebraica

[1] Iac 1, 5. [2] Is 7, 14—16.

---

[a] TM: jedes Schriftzeugnis.

[b] TM: zum Gegenstand der Erläuterung.

[c] TM: diesen gemäß. [d] TM: die gleich diesen lauten.

[e] TM om. [f] TM: ist. [g] In textu arm.: subst. abstr. de fieri.

[h] In textu arm. forma correspondens gerundiis antecedentibus infinitivi

[i] Vide notam h. [k] TM addit: darüber.

[l] In textu arm. habes suffixum pronominis personalis secundae personae: istius. TM: da.

[m] TM: wird wählen. [n] TM: das Böse. [o] TM: im voraus.

[p] TM: denn eben hierin besteht ein Irrtum in betreff des Geborenen. Loquitur Ir. de illa erratione naturali pueri, qua distinguere nescit inter bonum et malum. Vide TQ 1909, 563 sq.; 1911, 162. Fortasse textus

lingua: Messias Christus[1], et armene[a] Iesus redemptor, et utrumque nomen operum quorumdam factorum nomen est. Nam Christus nominatus est, propter quod unxit et ordinavit unumquodque per eum Pater et secundum ut hominis adventum eius, quod unctus factus est Dei et Patris sui Spiritu. Sicut etiam per Isaiam ipse de se dicit: «Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, ut evangelizem pauperibus.»[2] Et redemptor [nominatus est] ex eo, quod redemptionis causa factus est eorum (eis), qui ab eo illo tempore liberati sunt ab omnimodis morbis[3] et a morte[4] illo tempore, et[b] illorum qui post hos crediderunt[5] in eum futurorum[c], etiam aeternae redemptionis acquisitor (seu distributor)[6].

54. Ergo propter haec redemptor [nominatus est]. «Emanuel quidem interpretatum est: vobiscum [?] Deus» vel, quandoquidem desiderii[d] verbum dictum est a propheta, aequale illi[e]: nobiscum erit Deus[7]; secundum

[1] Ps 2, 2. Dn 9, 25 sq. [2] Is 61, 1. [3] Mt 4, 24. [4] Lc 7, 22. [5] Rom 10, 8 sqq. Hebr 2, 3. [6] Hebr 9, 12. [7] Is 8, 10.

omissionem passus est. Conybeare (vide TM[2]) pro armeno «moloruthiun» voluit legere «soworuthiun», quod significat: consuetudo. Quam emendationem (TQ 1909, 561 sqq.) reprobavi. Obscuritatem textus auferre nequaquam potest. TM eam non omnino impossibilem esse putavit.

[a] TM: in unserer Sprache istuc scribendum erit: «latine» interpres armenus hic graecum deseruit.

[b] TM: aber; doctus auctor neglexit sequentem sententiam addere aliam rationem, ex qua Christus redemptor nominatus est. Videtur supponendum esse iterum post et: ex eo, quod redemptionis causa factus est. Vide «Randglossen» 24. Hoc etiam ex initio sequentis capitis manifestum fit.

[c] TM: des künftigen und ewigen Heiles.

[d] In armeno habes adiectivum.

[e] TM addit: (wie er anderswo sagt).

quod expositio et repraesentatio annuntiatorum est[1]. «Nam ecce», inquit, «virgo concipiet et pariet filium et hic, Deus exsistendo[2], nobiscum futurum est, ut sit; et tamquam[a] admirando simul de rebus etiam annuntiat futura, quod nobiscum erit Deus.» Et de nativitate etiam eius dicit alio loco idem propheta: «Priusquam illa, quae parturit, pareret, et priusquam advenirent dolores partus, liberatus (est [et]) evasit masculus»[3]; inexspectatum et inopinatum[b] per virginem partum eius annuntiavit. Et iterum idem propheta dicit: «Filius natus est nobis et parvulus datus est nobis. Et vocatum est nomen eius admirabilis, consiliarius[c], Deus fortis.»[4]

55. Et admirabilem consiliarium eum appellat vel[d] [s. quidem] Patris, per quod animadversum est, cum hoc unumquodque Patrem operari, sicut habetur[e] in primo in Mosaicis libris, qui superscribitur[f] «Genesis». Et dixit Deus[g]: «Faciamus hominem secundum imaginem nostram et similitudinem[h].»[5] Nam apparet[i] hic, cum Pater ad Filium loquatur[k], [Filius] admirabilis consiliarius Patris[l]. Iam est etiam noster consiliarius, ex-

[1] Mt 1, 23. [2] Cf. Phil 2, 6. [3] Is 66, 7.
[4] Is 9, 6. [5] Gn 1, 26.

---

[a] TM om. [b] TM: undenkbar.
[c] TM contrahens duo verba in unum: Wunderrat.
[d] Fortasse melius fuisset, si «sane» vel «certe» scripsissem sive: «ipsius». In graeco scriptum fuisse puto ἦ sive ἤτοι; fortasse interpres armenus primum ἤ legit. TM vertit: zunächst.
[e] TM minus accurate: es heißt.
[f] TM declinans a verbo: dessen Überschrift lautet.
[g] TM verborum ordinem mutavit.
[h] TM: uns ähnlich; sed in textu arm. habes substantivum.
[i] TM libere: So sieht man daraus.
[k] Loco «hayr»: «hor» lege. [l] TM addit: ist.

sistendo[a] et consilium dando, non[b] cogendo sicut Deus et tamen[c] Deus fortis (potens) exsistendo inquit, et [quidem] consilium dando, insipientiam nos ut tollentes relinquamus et accipiamus sapientiam et ut ex errore foras [ex]eamus, adeamus [autem] ad veritatem; et corruptibilitatem foras mittamus et incorruptibilitatem teneamus.

56. Et iterum Isaias dicit: «Et volent ut facti sint[d] igne exusti; quia puer natus est nobis et filius nobis datus est, cuius[e] imperium factum est super humeros (eius)[f], et vocatur nomen eius magni consilii angelus[g]. Nam ego producam pacem super principes, iterum pacem[h] et salutem ei. Magni[i] est [imperium seu] potestas eius, et pacis eius non est finis, in throno David et in regno eius, ut dirigat et perficiat et opem ferat et occupet iustitia et iure[k] ex hoc et in aeternum tempus.»[1] Nam[l] per ea et quod nascitur et quod aeternus rex Filius Dei [est], annuntiatur[m]. Sed[n] «volent ut facti sint igne exusti» ad eos [dicit], qui non credunt ei. Et[o] qui fecerunt in eum id (aliquid), quod fecerunt, dicit[p], quod dicent in iudicio (quod): Utinam quanto melius[q], quod igne combusti essemus, antequam natus fuit Filius Dei,

[1] Is 9, 5b—7.

---

[a] Apud TM invenies: Rat schafft und Weisung gibt; quorum alterum in armeno textu deest. [b] TM addit: d. h. [c] TM om.

[d] Sive: essent. [e] TM neglexit pronomen relativum.

[f] Sive: suos. [g] TM: Ausrichter.

[h] Deest apud LXX et in vers. arm.

[i] In arm.: «metsi» (gen.) pro «mets» (nom.)? Cf. locum Isaiae in versione arm. [k] TM: durch ein gerechtes Gericht.

[l] TM: so. [m] TM: wird erwiesen.

[n] TM addit: (Die Worte) . . . betreffen.

[o] TM in versione germana haec cum antecedentibus coniungit.

[p] TM: wird gesagt, et addit: (in diesem Sinne).

[q] TM addit: wäre es.

quam quod in natum eum non credidimus[1]. Nam defunctis, antequam apparuit Christus, spes est in resurgentis iudicio [se] ad salutem perventuros esse, quicumque Deum timuerant et in iustitia defuncti erant et Spiritum Dei habuerant in ipsis, sicut patriarchae et prophetae et iusti[a]. Sed [eorum] qui post apparitionem Christi non crediderunt ei[b], sine indulgentia[c] est in iudicio ultio[2]. Sed id[d]: «cuius imperium factum est[e] super humerum (eius)», allegorice crux dicitur, in quo tergum tenebat crucifixus[f]. Nam, quae erat et est contumelia ei et propter eum nobis, crux, id ipsum est[g], inquit, eius imperium, quod est signum regni sui. Et magni consilii, dicit[ur] angelus Patris[h], quem annuntiavit nobis.

57. Et quod nascendus est, et quomodo, ut nasceretur Filius Dei, futurum fuerit, et quod Christus ostendendus erat, ex dictis manifestum est, sicut prius cognitum est per prophetas. Et post haec etiam, in qua terra et inter quos homines futurum esset ut nasceretur (et) appareret[i], antea annuntiatum est. Per talia[k] Moses in Genesi ita dicit: «Non deficiet princeps a Iuda neque dux de femore eius, donec veniet, quem (firme) manet [decretum][l], et is erit exspectatio gentium; lavando in vino tunicam suam et in sanguine uvae pallium

[1] Cf. Io 3, 36; 15, 22; 2 Thess 1, 8. [2] Hebr 10, 26 sqq.

---

[a] TM: die Frommen. [b] TM: an ihn.

[c] In textu armeno habes adiectivum. TM: unerläßlich.

[d] TM supplet: (Wort). [e] TM: kommt auf.

[f] TM: an dem sein Rücken festgenagelt war.

[g] TM: bedeutet. [h] TM praeponit: d. i.

[i] TM om. [k] TM: unter anderem.

[l] Sive exspectat; si verbum expresseris de verbo, habebis: cui stat manet; cf. c. 72. TM: welchem es bestimmt ist.

suum.»[1] Sed Iuda [fuit] patriarcha Iudaeorum, filius Iacobi, a quo etiam nomen acceperunt. Neque defecit princeps inter eos et dux usque ad adventum Christi. Sed ab adventu eius sollertes pharetrae telorum[a][2] capti sunt[b], et ditioni terra Iudaeorum tradebatur Romanorum, neque[c] amplius principem vel regem habebant suum seorsum. Nam profectus advenerat, quem (firme) manet[d] in caelo regnum, qui etiam lavit in vino tunicam suam et in sanguine[e] uvae pallium suum. Et vestimentum eius, sicut et pallium [sunt], qui credunt in eum, quos et mundavit, redimens nos per sanguinem suum; et sanguis eius sanguis uvae appellatus est. Etenim quo modo uvae sanguinem non homo quispiam facit, sed Deus condit et laetos reddit bibentes eum, sic et eius carnem et sanguinem non homo operatus est, sed Deus fecit[3]. Ipse Dominus dedit virginis signum, id ipsum est eum, qui e virgine[f], Emanuelem, qui etiam laetos reddit bibentes se, id ipsum est, qui accipiunt Spiritum eius, gaudium[g] sempiternum. Propter quod etiam exspectatio gentium est earum[h], quae sperant[i] in eum. Nam exspectamus[i] eum conditurum esse denuo regnum.

[1] Gn 49, 10—11. [2] Ps 77, 9. [3] Lc 1, 35. Mt 1, 20.

---

[a] In textu armeno habes singularem.

[b] TM: sind die Kräfte seines Schützenbogens erlahmt, cum Gn 49, 8 sqq. 23 sqq. laudat, quae tamen loca scripturae vix quidquam ad dilucidandum Irenaei textum afferunt.

[c] TM: so daß.

[d] TM hic: dem bereit steht; cf. p. 83 notam 1.

[e] TM: in Traubenblut.

[f] TM supplet: (geboren werden sollte), eius loco melius suppletur: natus est. [g] TM addit: als. [h] TM praeponit: d. h.

[i] Quae duo verba diversa TM eodem «hoffen» reddidit.

58. Et rursus Moyses dicit: «Orietur stella ex Iacobo, et exsurget dux ex Israel»[1], apertius[a] annuntians, quod illa, quae secundum corporis genesim dispositio eius est, inter Iudaeos erit, et [quod] e Iacobo et e Iudaico genere is, qui natus est, e caelo descendens[2 b], hanc sustinuit dispositionis procurationem. Nam stella in caelo apparet, et quod[c] dux [est], regem dicit, nam hic est rex omnium salvatorum. Apparuit autem eo nato illis qui in Oriente habitaverant magis stella, per quam didicerunt natum [esse] Christum, et venerunt in Iudaeam a stella ducti, donec stella Bethlehem[3], ubi Christus natus est, pervenit et ingressa in domum[d], in qua iacens collocabatur puerulus pannis involutus[4], super caput eius stetit ostendendo magis Filium Dei, Christum.

59. Iam[e] et alia etiam[f] ipse Isaias[5]: «Et procedet virga e radicibus[g] Iesse et flos e radice procedet[h]. Et requiescet[i] super eum Spiritus Dei, Spiritus sapientiae et intellegentiae, Spiritus consilii et virtutis, Spiritus scientiae et pietatis. Implebit eum Spiritus timoris Domini. Non secundum opinionem[k] iudicabit et non secundum sermones arguet, sed iudicabit humilem iudicio et miserebitur humilium[l] terrae. Et percutiet terram

[1] Nm 24, 17. [2] Io 3, 13; 6, 50; 16, 28.
[3] Mt 2, 1—9. [4] Lc 2, 7. [5] Is 11, 1—10 (LXX).

---

[a] TM comparativo neglecto: deutlicherweise.

[b] TM perturbavit ordinem verborum.

[c] TM om. et vertit: Führer aber ist gleich König.

[d] TM libere interpretans: in das Haus hineinschien.

[e] TM: doch. [f] TM inverso ordine verborum: dazu.

[g] TM: Stumpf (?), et ubi idem verbum iterum recurrit: Wurzel.

[h] TM idem verbum hic «hervorbrechen», prius «ausschlagen» vertit.

[i] TM: niederlassen. [k] TM retinet pluralem armeni textus.

[l] TM pro «humilis» primo loco «gering», secundo loco reddidit «elend», sed in armeno habes in utroque loco idem adiectivum.

verbo oris sui et spiritu[a] per labia [emisso] subvertet virum impium[b]. Et erit cinctus[c] renes iustitia, et veritate circumdatus[d] latera sua. Et pascetur[e] lupus cum agno et pardus cum haedo et vitulus et leo simul depascent. Et parvulus puer in foramen viperarum et in nidum (?) natarum viperarum manum porriget neque nocebunt ei. Et erit in die illa radix Iesse, et qui surgit dominari in gentes, [et] in eum gentes sperabunt. Et erit resurrectio[f] eius gloria[g].» Per haec [verba] ab ea, quae genus habet a Davide et Abraha, dicit[h] eum nasci. Quoniam Iesse progenies erat Abrahae et pater Davidis, progenies[i], quae concepit[k] Christum. Virgo facta est igitur virga; et propter hoc et Moyses virga virtutes Pharaoni ostendebat[l] [1]. Et apud alios etiam[m] e hominibus potestatis signum est virga (ista). Et «florem» dicit corpus eius, quod a Spiritu factum est, ut pullularet, sicut prius diximus.

60. Verum[n]: «non secundum opiniones iudicabit neque secundum sermones arguet, sed iudicabit humili

[1] Ex 4, 2 sqq.

---

[a] TM: Rache, quod textui armeno minime congruit.

[b] TM: den Gottlosen.

[c] TM substantivum «Gurt» pro participio verbi posuit.

[d] In textu armeno habes participium alius verbi, quod TM iterum «Gurt» vertit. [e] TM: (Gras) fressen. [f] TM: Aufstehen.

[g] TM posuit adiectivum «herrlich» pro substantivo armeno.

[h] TM: bezeichnet.

[i] TM praeponit: dessen, quod in textu armeno non adest, et adiunxit: aber.

[k] TM: die Mutter wurde. Versio, quam TM exhibet, non correspondet ordini textus, quem in armena lingua edidit, quamvis versio clarior esse videatur. Eam secutus scribere debebam: progenies, quae concepit Christum, virgo facta est igitur virga. [l] TM: hat gezeigt.

[m] TM: auch sonst. [n] TM recte supplet: durch die Worte.

iudicium et miserebitur humilis[a] in terra», melius deitatem eius comprobatam ostendit. Nam sine personarum acceptione ulla[b] iudicare neque nobilem honorando et humili dignum [reddendo] et par et aequum[c] adhibendo, supremae[d] iustitiae Dei [est][1], nam Deus a nullo impulsus[e] passus est neque parcit[f] nisi soli iusto, et misereri[g] imprimis proprium est Dei illius, qui etiam per miserationem salvare potest; et[h] «terram percutiet et impium subvertet verbo solo» Dei[i] est, qui verbo unumquodque operatur[2]. Sed cum dicatur, «Erit cinctus[k] renes iustitia et veritate circumdatus latera», humanam eius secundum figuram formam[l] annuntiat et[m] naturalem summam[n] iustitiam eius.

61. Verum quantum ad diversorum viventium et, qui natura adversarii sunt et inimici invicem, unanimitatem et concordiam dicunt presbyteri, quod etiam ita vere futurum sit in adventu[o] Christi, quando ipse regnabit in omnia[3]. Nam nunc[p] parabolice denuntiat diversarum

[1] Rom 2, 11. Act 10, 34. Gal 2, 6. 1 Petr 1, 17. Iob 34, 19. Eccli 35, 16. [2] Gn 1. Ps 32, 6, Sap. 9, 11.
[3] 1 Cor 15, 25 sqq.

---

[a] TM: der Elenden; cf. p. 85 notam l.
[b] In textu armeno duos dicendi modos aequipollentes invenies. TM: alterum neglexit. [c] TM om.
[d] In armeno habes: «secundum summitatem et secundum celsitudinem iustitiae» vel «altae et excelsae iustitiae».
[e] Seu passionem. [f] Has voces TM omisit.
[g] TM: die Gnade aber, in textu armeno verbum adhibetur.
[h] TM non cognovit hic alium locum Sacrae Scripturae induci, ut exponeretur, et vertens pergit: und der.
[i] TM supplet: das . . . alles. [k] Cf. notam d in c. 59.
[l] TM ordinem verborum non servavit.
[m] «und andererseits», praesuppleto «einerseits».
[n] TM: eigentliche Strenge. [o] TM: Wiederkunft. [p] TM: somit.

nationum et moribus similium hominum per nomen Christi[a] congregationem unanimi pace, quod una [conversantibus] iustis[b], qui vitulis et ovibus et haedis et parvulis (pueris)[c] comparati sunt, neque[d] quidquam damni faciunt ii, qui[e] priore tempore ad bestiarum formam et ad bestiarum mores, propter studium plus habendi[f], et viri et mulieres, facti fuerant, [ita] ut similitudo afferretur (?) nonnullis[g] ex eis luporum vel leonum diripiendo tenuiores, et bellum inferrent aequalibus, et [ita ut] mulieribus [similitudo esset] pantherarum et viperarum, quae mortifero veneno nimirum subvertebant[h] etiam amicos[i] suos vel propter cupiditatem [...?][k] [— et] convenientes[l] in nomine meo in moribus iustis habebuntur a gratia Dei agrestem et indomitam naturam mutando[1]. Quod etiam accidit nunc; nam qui nefariores[m] erant prius, adeo ut neque ullum impietatis opus omitterent[n], discendo

[1] Eph 4, 24. Col 3, 10.

---

[a] In unum locum congregati.

[b] TM: d. h. die Vereinigung der Gerechten; sed «d. h.» in textu armeno non habetur, verum particula coniungens «zi» = quod, quia, enim.

[c] Loco «manganz» legas «mankanz».

[d] TM, quamquam in textu armeno verbum correspondens et pronomen relativum deest: weil sie.

[e] TM pronomen hoc relativum ad superius positum substantivum «iustis« refert et ita, non videns se parabolae membra perperam miscere, vertit: «während sie».

[f] Sive: avaritiam. [g] Textus emendatione egere videtur.

[h] TM: zu töten imstande waren; sed voces «imstande waren» in textu armeno correspondentes voces non habent.

[i] = amatos. TM: Lieben.

[k] Textus videtur corruptionem passus esse. TM supplet: Alle solche nun. [l] Vide notam a.

[m] Seu diriores. [n] TM: unterlassen konnten.

Christum et credendo ei, simulatque crediderunt[a], etiam mutati sunt, adeo ut etiam superabundantiam iustitiae[b] (ii) non omitterent. Tanta est illa, quam in Christum, Filium Dei, fides mutationem operatur, credentibus in eum. Et resurgentem dominari gentibus[c] dicit, quod[d] moriendo resurrecturus est, et futurum est[e], ut agnoscatur et credatur Filius Dei rex; propterea dicit[f]: «Et erit resurrectio gloria», id ipsum est[g] claritas, nam tum ut Deus clarificatus est, quando resurrexit.

62. Propter hoc iterum dicit propheta: «In die illa suscitabo tabernaculum David dirutum»[1], [sc. illud][h] quod a Davide, sicut prius diximus, corpus Christi natum; manifestum est, quod annuntiabat post mortem resuscitatum a mortuis. Nam tabernaculum vocatur corpus; nam per haec etiam[i], et quod, qui secundum corpus e semine Davidis[k] christi[2][l], erit[m] Filius Dei[n]

[1] Am 9, 11. Act 15, 16. [2] Ps 17, 51. Rom 1, 3.

---

[a] TM: wurden völlig gläubig; sed «völlig» in textu armeno non invenies, fortasse magis placebit versio: «simul crediderunt et mutati sunt».

[b] TM: strengste Gerechtigkeit.

[c] TM supponit orationem rectam, quam textus non exhibet.

[d] TM ad sensum vertens: wenn er sagt, so heißt das.

[e] Secundum TM agnosci et credi subordinatur verbo resurgere, in textu autem armeno coordinantur tria verba.

[f] TM addit: auch. [g] TM loco textus supplet: herrlich deswegen.

[h] TM supplet: Hiermit bezeichnet er deutlicherweise.

[i] TM transtulit haec verba ad finem sententiae addens etiam: Worte.

[k] TM: Die Abstammung Christi nach dem Leibe von David; cf. «Randglossen» 26.

[l] TM in textu armeno post Davidi interpunctionem posuit, quam ego post christi transtuli, ita ut christi appositio ad nomen David fieret, sicut etiam Scriptura loquitur (2 Reg 22, 51. Ps 17, 51; cf. Is 45, 1). Scribit autem textus arm.: Christi. [m] TM: sein sollte.

[n] TM solvit ordinem verborum syntacticum textus armeni.

dicendo[a], et quod mortuus resurget et quod aspectu homo sed virtute Deus, et sicut[b] iudex ipse erit[c] totiùs mundi et sicut iustitiam solus operans[1] et redemptor[d], unumquodque annuntiavit Scriptura.

63. Et iterum dicit[e] propheta Michaeas etiam locum, ubi futurum erat Christus ut nasceretur, quia in[f] Bethlehem Iudaeae, dicendo ita: «Et tu Bethlehem Iudaeae, sola[g] exigua es in ducibus Iudae. Nam ex te exiet dux, qui pascet populum meum Israel.»[2] Sed etiam[h] patria[i] est Bethlehem Davidis[3], ita ut non solum secundum virginem, quae peperit eum, e semine sit Davidis, sed etiam secundum illud quod in Bethlehem[4] patria Davidis natus (factus) est.

64. Et iterum dicit[k] David e semine suo Christum nasci modo hoc: «Propter David servum meum ne (pro-

[1] Rom 3, 10. 1 Petr 3, 18.
[2] Mich 5, 2. Io 7, 41 sq. Act 15, 16. [3] 1 Sam 16, 4 13.
[4] Mt 2, 1. Lc 2, 4.

[a] In textu armeno casus instrumentalis infinitivi adest, qui referendus est ad «Scriptura» in fine capituli. Fortasse textus armenus hic corruptionem passus est.

[b] TM: so. [c] TM: auftreten werde. [d] TM addit: ist.

[e] TM: zeigt auf. [f] TM om.

[g] In textu armeno «mi» quod «ne, non» etc., sed etiam «unus, unicus, solus (cf. c. 66), singularis» significat. Cum regularis negationis particula narrativa in lingua armena «wotsch» sit, «mi» autem negationis prohibitivae particula, quae hic locum non habet, versionem suprapositam tentavi. Quae si recta sit, «sola exigua» ut appositio ad nomen Bethlehem, «es e principibus» ut praedicatum habendum est, ut sensus sit: Et tu sola exigua Bethlehem Iudaeae es e principibus Iudae etc. TM vertit «mi» particulam negationis esse existimans: Du Bethlehem I. bist nicht gering = tu Bethlehem Iudaeae non exigua es inter duces Iudae etc. Quam versionem si quis suprapositae praeferat, non contradicam.

[h] TM om. [i] TM: *Ein* Distrikt. [k] TM addit: darüber.

cul) avertas[a] faciem[b] Christi tui. Iuravit Dominus Davidi veritatem[c] et non mentietur[d] ei: e fructu ventris[e] tui ponam in thronum tuum, si observaverint filii tui foedus meum et testimonia mea[f], quod pepigi cum eis: et filius eorum usque in aeternum[g].» [1] Sed neque quisquam usque in aeternum e Davidis filiis (quisquam)[h] regnavit, sed neque etiam regnum eorum usque in aeternum factum est, quoniam destructum est[i]. Sed ille qui e Davide natus est rex, hic est Christus [in aeternum regnat] [2]. Omnia testimonia[k] illa secundum corporis progeniem eius et generationem et locum (literate) manifeste annuntiant[l], ubi futurum fuerit, ut nasceretur, ita ut non quaererent homines[m] inter gentes aut alicubi Filium Dei natum, sed in Bethlehem Iudaeae ex Abrahamo et e Davidis progenie[n] [3].

65. Et modum[o] eius introitus in Ierusalem, quae erat matrix urbs[p] Iudaeae, ubi et regales[q] [aedes] eius et templum erant Dei[r], dicit propheta Isaias: «Dicite filiae Sion: ecce rex venit tibi mansuetus et sedens supra asinum, pullum, filium asinae.» [4] Nam supra pullum asinae sedens ita[s] introivit in Ierusalem [5], cum prosterne-

[1] Ps 131, 10—12. [2] Act 2, 30—36. [3] Mt 2, 5 sqq.
[4] Zach 9, 9. [5] Mt 21, 2 sqq. 7.

[a] TM: weise deinen Gesalbten nicht ab. [b] TM om.
[c] TM: einen wahrhaftigen Eid. [d] TM: wird nicht abgehen.
[e] TM: einen, der deinem Leib entsprossen.
[f] Vel: testimonia mea, quae.
[g] TM supplet: in throno tuo sedebit. [h] Delendum videtur.
[i] TM: es ist aufgehoben. [k] TM addit: betreffen.
[l] TM: in deutlicher Rede. [m] TM: man.
[n] TM hunc genitivum ad Abraham et David refert; in textu armeno solum ad David pertinet.
[o] TM om. [p] TM: Hauptstadt. [q] TM: Königssitz.
[r] TM addit: hinweisend. [s] TM om.

rent[a] et submitterent ei populi vestimenta sua[1]. Et filiam Sion Ierusalem appellat[2].

66. Ergo quod nascendus esset, et quo modo nascendus esset, et ubi, ut Filius Dei[b] nasceretur, futurum esset[c], et quod Christus unicus rex aeternus est, hoc modo annuntiabant prophetae. Et iterum, qua ratione[d] prius dixerunt eum ex hominibus factum sanare quos sanavit et resuscitare mortuos quos resuscitavit[3], etiam odio esse et contemni[4] et supplicia pati et occidi et crucifigi[5] [annuntiaverunt], sicut odio fuit[6] et contemptus est[7] et occisus est[8].

[1] Mt 21, 8. Mc 11, 8. [2] Mt 21, 4. Io 12, 15.
[3] Is 35, 5 sq.; 61, 1; cf. Mt 11, 5. [4] Is 53, 8 sqq. Ps 21, 7.
[5] Ps 21, 17 sqq. [6] Io 15, 18. [7] Mt 27, 39 sqq.
[8] Mt 27, 35 c. par. Io 19, 18.

[a] TM: indem die Menge ihre Kleider auf (das Füllen) legte und ihn darauf setzte. Lüdtke (Zeitschrift für Kirchengeschichte XXXV 2, p. 258 sqq.) bene putat textum armenum hic correctione egere et pro «nstelow» legendum esse «nstloy». Qua correctione supposita vertendum est: *prosternerent etiam sedenti* [in pullo] *ei populi* etc.; vide l. c. 438 quae respondi. Ego vero puto verbum intransitivum «nstelow» corrigendum esse in verbum causativum «nstuzelow», cum mihi festinatione scriptoris syllabam omissam esse videatur. Vardanian (l. c. 305) ordinem verborum transmutat: cum prosternerent populi vestimenta sua etc. Nescio an hoc sufficiat.

[b] TM ordinem verborum turbavit.

[c] TM: bestimmt war, addens etiam: für ihn.

[d] TM hanc particulam (interrogativam) ad «sanare» etc. refert, cum textus armenus eam ad prius dixerunt posuerit. Dubium oriri potest utrum haec particula ut interrogativa an ut relativa intellegi debeat. Si ut interrogativa intellegitur, a me appositum [annuntiaverunt] delendum est, in fine autem signum interrogationis (?) poni necesse est, et pro «etiam» «et [odio esse]» scribi. Quae si intellegentia vera est, habes apologetici finis huius S. Irenaei operis idem argumentum, ac si in textu supra propositam acceperis versionem, cum interrogatio rhetorica solummodo alia forma affirmationis habenda sit. TM vertit

67. Nunc dicemus de sanationibus eius. Dicit[a] Isaias ita: «Is[b] nostras infirmitates suscepit et aegritudines portavit.»[1] Id ipsum est, suscipiet[c] et portabit[c], quoniam est alicubi[d], ut, quae futurum est ut eveniant, per prophetas Spiritus Dei (ut) facta narret. Nam apud Deum probata et mente concepta (et) decreta ut fiant[e], iam aestimata sunt (ut) facta. Et id respiciendo et videndo tempus Spiritus facit verba, in quo perficiuntur prophetiae exitus. Et secundum rationem sanationis[f] ita commemorabit dicendo[g]: «In die illo audient surdi verba Scripturae[h], et in tenebris et in caligine oculi caecorum videbunt.»[2] Et rursus dicit idem: «Roboramini manus remissae et genua soluta et infirmata. Consolamini pusillanimes et metuentes mente. Roboramini, ne timeatis, ecce Deus noster iudicium retributionis[i] inducet, ipse veniet et salvabit nos. Eo tempore oculi caecorum aperientur, et aures surdorum audient, eo tempore claudus saliet sicut cervus, et aperta erit lingua balbutientium.»[3] Et de mortuis, quod resurgent, dicit[k]: «Ita[l]

[1] Is 53, 4. Mt 8, 17. [2] Is 29, 18.
[3] Is 35, 3—6; cf. 1 Thess 5, 14.

Ebenso auch haben sie vorhergesagt, wie er etc. Fortasse interpres loco graeci ὡς antecedentem litteram addendo πως legit. Progressus rationum, quod sequitur non interrogativa sed relativa forma ut proponeretur, postulavit.

[a] TM praeposuit: Da. [b] TM ordinem verborum non servavit.
[c] TM commutavit haec duo verba.
[d] TM libere: Denn es sind Stellen.
[e] TM: um sicherlich zu geschehen.
[f] TM addit: zur Bezeichnung. [g] TM: spricht er folgendes.
[h] TM: geschriebene Worte; de quo videas «Randglossen» 27.
[i] Accuratius verbum armenum exprimes, si «retributionem» vertes. TM vertit: durch das Gericht. [k] TM addit: also.
[l] TM om. aut signa « » falso loco posuit.

resurgent mortui, et resurgent[a] qui in sepulchris.»[1] Et ea faciendo credetur Dei Filius esse[2b].

68. Et[c] [quod] contemptus torquetur et in fine occiditur, dicit Isaias ita: «Ecce cognoscetur Filius meus et elevabitur et clarificabitur[d] valde. Quemadmodum mirabuntur multi (super) te, tam indecorus[e] erit vultus tuus inter homines. Et[f] mirabuntur gentes multae et claudent reges ora sua; nam, quibus non narratum est de eo, videbunt, et qui non audierunt, in mentem suscipient[g]: Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Narravimus coram facie eius sicut puerulus[h], sicut radix de sitibunda terra[3], neque erat aspectus ei et claritas [s. maiestas]. Et vidimus eum, neque habebat aspectum neque pulchritudinem. Sed aspectus eius ignobilis, magis imminutus quam aliorum hominum, homo in vulneribus et sciens supportare cruciatus, nam (ad extra) aversa est facies eius; contemptus est neque aestimatus est. Hic peccata nostra portat et propter nos laborat doloribus, et[i] nos aestimavimus eum esse in doloribus et in vulneribus et in cruciatibus. Sed is vulneratus est propter iniustitias nostras et tortus est[k] propter peccata nostra. Consilium[l] pacis nostrae super eum, vulneribus eius nos sanati sumus.»[4] Et per

[1] Is 26, 19. [2] Io 20, 31. [3] Is 53, 2 iuxta LXX.
[4] Is 52, 13—53, 5; cf. Io 12, 38; Mc 15, 28; Mt 26, 67; Lc 22, 64.

---

[a] TM ordinem verborum deseruit.
[b] TM: Soll er als Sohn Gottes geglaubt werden.
[c] TM: daß aber, quod in armeno non habetur, sed rationabiliter suppletur. [d] TM: hoch erhaben sein.
[e] TM: unscheinbar. [f] TM: so. [g] TM: wahrnehmen.
[h] TM om. narravimus — puerulus, quorum intellegentia dubia manet.
[i] TM: aber. [k] Seu cruciatus est.
[l] TM: die Zucht; cf. «disciplina» in Vulg.

illa etiam quod tortus est, annuntiatum est, sicut etiam David dicit: «Et fui tortus.» [1] Sed David numquam tortus est, verum Christus, quando iussum datum est [eum] crucifigi [2][a]. Et rursus per Isaiam Verbum eius dicit: «Tergum meum dedi plagis et maxillam meam alapis et faciem meam non averti ab ignominia sputi.» [3][b] Et Ieremias propheta idem ita[c] dicit: «Dabit[d] percutienti maxillam, replebitur[e] contumeliis.» [4] Omnia haec portavit Christus.

69. Quae igitur praeterea[f] Isaias, haec [sunt]: «Vulneribus eius sanati sumus nos omnes[g]; sicut oves erravimus; homo in via sua erravit[h] et Dominus tradidit[i] eum in peccata nostra[k].» [5] Itaque manifestum est, quod voluntate Patris, ut haec in eo essent[l] accidit propter nostram redemptionem. Deinde dicit et is de cruciatu [edendo][m]: «Non aperit os; sicut ovis in[n] occisionem ductus est, sicut agnus[o] coram tondente mutus.» [6] Ecce, quomodo voluntarium adventum eius in mortem annuntiet.

[1] Ps 37, 18? 21, 17 sq.? [2] Mt 27, 26. [3] Is 50, 6.
[4] Thr 3, 30; cf. Lc 22, 64. [5] Is 53, 5 sq. [6] Is 53, 7.

---

[a] TM: zur Kreuzigung.

[b] TM: vor Beschimpfungen und Speichel.

[c] TM: in folgenden Worten. [d] TM: er biete dar.

[e] TM: er *werde* gesättigt.

[f] Sive verbo armeno accommodatum: post ea. TM: folgt.

[g] TM in textu armeno «omnes» hic habet, in versione autem ad «erravimus» transtulit. [h] TM: irrte *sich*.

[i] TM sensum respiciens non verba: ließ ihn treffen.

[k] Sc. pro peccatis nostris. TM peccata contra verba armena subiectum sententiae posuit. [l] TM: an ihm geschehen ist.

[m] In armeno habes infinitivum. [n] TM apposuit: wenn es.

[o] In textu arm. hic habes syriacum vocabulum «amarru»; cf. de eo Göttsberger, Die syroarm. und syrokopt. Bibelzitate: ZAW 1901, 111 sqq., et Vardanian l. c. 282.

Sed, cum dicit[a] propheta: «In humilitate iudicium eius sublatum est»[1], significat manifestationem humilitatis[b] eius; secundum speciem vilitatis iudicii sumptio facta est. Et iudicii sumptio alteris[c] in redemptionem et alteris in supplicium [est] exterminii. Nam «sumptum est» est[d] «quod alicui est»[e] et est «quod ab aliquo». Hoc modo et iudicium. *Quibus* sumptum est, etiam habent illud in supplicio exterminii sui, verum *a quibus* sumptum est, etiam redempti sunt ab eo. Sed sumpserunt in se iudicium, qui crucifixerunt eum, et hoc faciendo in eum non crediderunt ei[2], ut eo, quod (ab) eis[f] sumptum[g] est, iudicio exterminarentur cruciatibus. Et sumptum est a credentibus[h] in eum iudicium neque amplius sunt sub eo[3]. Et iudicium, quod per ignem futurum est, incredulorum exterminium fore iuxta huius mundi finem[4].

[1] Is 53, 8 secundum LXX; cf. Act 8, 33; Gal 5, 10.
[2] 1 Cor 2, 8. [3] Io 3, 18. [4] Mt 25, 31. Rom 1, 18. 2 Petr 3, 10.

---

[a] In armeno habes accusativum infinitivi.

[b] TM: seine demütige Erscheinung.

[c] Sive verbo armeno accommodatum: nonnullis; cf. Gal 5, 10 portabit iudicium suum. [d] Sive: significat.

[e] In textu arm. loco «umekhē» videtur legendum esse «umekh — ē», sicut ex sequentibus apparet. TM brevioribus, quam textui congruum est, verbis ita vertit: «Denn es wird dem einen zu- und dem andern weggetragen», quibus neque etiam veram intellegentiam sententiae Irenaei expressit.

[f] In «ab eis» quaeras subiectum logicum sententiae; videtur scriba errasse et loco «eis» scripsisse «ab eis», quod praedictis non congruit. TM verborum armenorum constructionem deserens: welches sie auf sich geladen haben.

[g] «Sumptum» valet hic idem quod «receptum» est, est autem positum, ut annominatio textus armeni conservaretur.

[h] TM falso: «Den Glaubenden» loco «von den Glaubenden», sicut etiam in armeno habes et sensui consonat.

70. Deinde dicit: «Generationem[a] eius quis narrabit?» [1] Ne propter inimicos et propter passiones[b] cruciatuum eius [eum] contemneremus tamquam minimum et vilem hominem, ad conversionem nostram dictum est; nam qui talia omnia sustinuit, inenarrabilem generationem habet, nam generatio genus eius dicit, quod est[c]: Pater eius inenarrabilis et ineffabilis[2] est. Ergo tale genus idem[d] hos cruciatus sustinentis[e] cognosce neque contemne [eum] propter cruciatus, quae propter te sustinuit[3] consilio[4], sed propter genus time eum.

71. Et alio loco dicit Ieremias: «Spiritus faciei nostrae Dominus Christus et quomodo comprehensus est in laqueis eorum, de quo diximus[f]: sub umbra eius vivemus inter gentes!» [5] Et quod, cum Spiritus Dei sit, Christus futurum erat ut fieret passibilis homo, Scriptura denuntiat[6], et quasi obstupescit et miratur de cruciatibus eius, quod ita ut cruciatus sustineat is futurum sit, cuius sub umbra diximus[g] quod vivemus. Et umbram appellat corpus eius. Nam quomodo umbra a corpore fit, ita et Christi corpus a Spiritu eius factum est[h]. Sed etiam[i]

[1] Is 53, 8. Act 8, 33. [2] Eccli 43, 35.
[3] Mt 20, 28. Rom 4, 25; 5, 6 sqq. Gal 3, 13.
[4] Is 53, 10. Io 10, 17 sq.; 18, 11. Act 2, 23.
[5] Thr 4, 20 (LXX). [6] Io 1, 1 sqq.; 17, 5. Phil 2, 6.

[a] TM ordinem verborum non servavit.
[b] TM: der von ihm ertragenen.
[c] TM verba Irenaei sic composuit, ut verteret: d. h. seinen Vater, welcher . . ., sed in textu armeno pronomen relativum aut participium loco eius adhibitum non invenies. Aut ergo textus aut versio TM mendosa sunt.
[d] TM om. [e] In textu armeno particip. perf.
[f] TM: dachten. [g] Seu dixeramus. TM: dachten.
[h] TM: entstammt; fortasse studio monophysitici dogmatis seductus.
[i] TM: zugleich.

humilitatem et vilitatem[a] corporis eius per «umbram» significat, quod quomodo obscuratio etiam corporum erectorum et stantium haec in terra est et conculcatur, ita et corpus Christi in terra proiectum cruciatibus[b] conculcatum est nimirum[c]. Et umbram[d] corpus Christi appellavit, sicut tegumentum[e] factum Spiritus gloria et occultans eum[f]. Sed etiam semel iterumque cum transiret Dominus, ponebant in multiplicibus morbis comprehensos secus viam, et super quos perveniebat umbra eius, salvabantur[1].

72. Et iterum idem[g] propheta de cruciatibus Christi ita [dicit]: «Ecce[h] quomodo iustus interierit neque quisquam percipiat corde. Et viri iusti[i] ablati sunt, neque quisquam intellegit, nam[k] a facie[l] iniquitatis collectio iustorum. Erit pax sepultura eius[m], ablatus est de me-

[1] Act 5, 15.

---

[a] Verbum e verbo expressum erit: «facilem» vel potius «obviam» v. quare TM: Leichtverschmähbarkeit (!). Armena vox graecam *τὸ εὐκαταφρόνητον* reddit.

[b] TM «proiectum» cum cruciatibus coniunxit et vertit: zu Boden gefallen durch die Leiden.

[c] TM: gleichsam. [d] In armeno aliud quam supra subst.

[e] Substantivum armenum idem est, quod supra «umbra» vertimus. Sed est ei etiam propria significatio «tegumentum», qua hic utebamur, ut vicissitudinem textus armeni imitaremur.

[f] Quae a «sicut» usque «eum» habes, TM vertit: in dem Sinne, daß der Geist ihn mit Herrlichkeit beschattet und verhüllt hat; vide «Randglossen» 29 sq.; puto in graeco olim lectum esse: *καὶ σκιὰν σῶμα Χριστοῦ ὠνόμασεν ὡσεὶ σκενὴ γενόμενον πνεύματος δόξῃ καὶ καλύψαν αὐτό.*

[g] Non est Isaiae sed Ieremiae prophetae dictum (forte cum verbo psalmistae mixtum?). [h] TM om.

[i] TM: die Frommen. [k] TM: daß. [l] TM: infolge.

[m] In graeco: *ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ.* TM: in Frieden geht er in sein Grab.

dio.»[1] Et quis est iustus perfecte alius, nisi Filius Dei, qui iustos operatus[a] perficit credentes in eum[b], qui similes ei persecutionem passi sunt[2c] et occiduntur? Verum cum dicit[d]: «Erit pax sepultura eius»[e], annuntiat, quomodo propter nostram redemptionem mortuus sit, nam in pace est redemptionis[f], et quod[g] huius morte qui prius inter se hostes et adversarii erant, unanimiter credentes in eum inter se pacem habebunt, socii et amici facti, propter communem[h] in eum fidem, quod etiam fit[i]. Verum cum dicit: «ablatus est de medio», e mortuis resurrectionem eius significat[k]. Quoniam neque etiam apparuit post sepulturam mortuus, quia moriendo et resurgendo immortalis erat futurus et perseveraturus[l], propheta[m] dicit ita: «Vitam petiit, et dedisti ei etiam longitudinem dierum in saeculum saeculi.»[3] Itaque quid dicit: «Vitam petiit», quoniam moriturus erat? Itaque[n] resurrectionem eius, quod e mortuis, annuntiat, et quod e mortuis resuscitatús immortalis est. Nam accepit vitam,

[1] Is 57, 1—2 (LXX). Ps 75, 3. Os 5, 6. Mt 9, 15. Lc 5, 35.
[2] Rom 8, 29. Mt 5, 11. [3] Ps 20, 5.

---

[a] Sive: iustificans.

[b] TM: die an ihn Glaubenden zur vollkommenen Gerechtigkeit führt. In graeco fortasse scriptum erat: ὃς δικαιώσας ἐτελείωσε τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ. [c] TM: verfolgt werden.

[d] In textu armeno habes infinitivum. TM: Das Wort.

[e] Vide p. 98 notam m.

[f] TM supponens textum «i phrkuthean» loco «phrkuthean»: denn im Frieden bedeutet die Erlösung.

[g] TM: denn. [h] TM: durch den *allgemeinen* Glauben.

[i] TM: in Wahrheit. [k] TM: meint.

[l] Cf. p. 83 notam l.

[m] TM continuationem textus armeni hic interrupit addens: worüber.

[n] TM: damit . . . eben.

ut resurgeret, et longitudinem dierum in saeculum saeculi, ut incorruptibilis esset[a].»[1]

73. Et iterum David dicit ita[b] de morte et resurrectione Christi: «Ego dormivi[c] et soporatus sum, experrectus sum, quoniam Dominus suscepit[d] me.»[2] David non de se ipso haec dicebat[3], nam non est resuscitatus moriendo[4], sed Spiritus Christi[5] [e], qui et in aliis prophetis de eo[f] [locutus est], etiam nunc [in] Davide[g] dicit[h]: «Ego dormivi[i] et soporatus sum, experrectus sum, quoniam Dominus suscepit me.»[k] Somnum mortem appellat[l], nam resurrexit..

74. Et iterum [dicit] David de cruciatibus Christi ita: «Quare conturbatae sunt[m] gentes et populi cogitaverunt inania[n]? Astiterunt reges super terram et principes congregati sunt in unum de[o] Domino et de Christo eius.»[6] Nam Herodes rex Iudaeorum et Pontius Pilatus Claudii[p] Caesaris procurator[7] uniti[8] damnaverunt eum, ut cruci-

[1] Rom 6, 9 sq. [2] Ps 3, 6. [3] Act 2, 29.
[4] Act 2, 34; 13, 36. [5] Act 1, 16. [6] Ps 2, 1 sq.
[7] Cf. Io 8, 57. [8] Lc 23, 7. Act 4, 26.

---

[a] Verba haec S. Irenaei aperte docent ipsum de Christi naturae humanae cum deitate unione non more Monophysitarum sensisse, cum incorruptibilitatem Christo ex resurrectione demum tribuat.

[b] Hic est ordo verborum textus armeni.

[c] TM: Ich legte mich nieder. [d] TM: hat sich angenommen.

[e] TM addit: ist es. [f] TM vertens «de eo» post Davide ponit.

[g] Sive per David; in armeno: instrumentalis.

[h] TM subiectum verbi «dicit» non «Spiritus Christi» agnoscit sed pronomen relativum: qui.

[i] Vide notam c. [k] Vide notam d. [l] TM: meint er.

[m] TM: toben. [n] TM: Verderbliches. [o] TM: wider.

[p] Aut Irenaeus verbis Iudaeorum apud Io. 8, 57 nisus Iesum tam diu vixisse putavit (Harnack) aut imperatorem Tiberium Claudium Neronem hoc nomine induxit; cf. Adv. haeres. III 22, 5.

figeretur, quod Herodes timore perculsus [erat], tamquam si [ille] terrestris quis rex futurus esset, ne[a] amoveretur per eum a regno. Pilatus autem ab Herode et ab eis, qui circa eum erant Iudaei, coactus est[b], ut invitus eum traderet in mortem, qui enim nisi [is esset], qui [potius] hoc faceret[c], quam opposita Caesari operaretur liberando hominem[1], qui rex nominatur[2 d].

75. Et de cruciatibus etiam Christi idem propheta dicit: «Tu reiecisti et contempsisti nos, et proiecisti unctum tuum, evertisti foedus servi mei[e], iecisti deorsum[f] sanctitatem eius, destruxisti omnem maceriam eius, et posuisti monumentum eius in commotionem[g]. Diripiebant eum praetereuntes in via, factus est despectio vicinis eius. Exaltasti dextram (oppressorum eius) opprimentium eum, laetos reddidisti de eo inimicos eius. Avertisti[h] auxilium gladii eius, neque adiuvisti eum in bello, dissolvisti[i], destruxisti[k] e munditia eum, thronum

[1] Io 19, 12. [2] Io 19, 15.

---

[a] TM: durch welchen.

[b] In textu armeno error adesse videtur et loco «Pilatosi Herodea» «Pilatos i Herodea» legendum esse.

[c] TM: indem er lieber das tat; sed hoc modo vertendi destruitur finis auctoris, qui minas manifestare voluit, quibus Herodes et Iudaei Pilatum cogebant. Quae minae secundum modum iurisiurandi in Sacra Scriptura usitatum (cf. Hebr 3, 11; 4, 3; Ps 131, 3 sq.) exprimuntur.

[d] TM: der den Namen König trug.

[e] TM apponit (?). [f] TM: zu Boden.

[g] TM: hast zum Zittern gebracht.

[h] TM: du ließest zurückweichen; sed in armeno invenies adverbium «i baz» = foras, procul, quibus inutile esse auxilium gladii eius magis significatur, in graeco: *ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ.*

[i] TM om.

[k] TM: du hast ein Ende gemacht; quod sensui magis quam verbo congruit.

eius in terram deiecisti. Paucos fecisti[a] dies temporis eius et circumfudisti[b] eum confusione.»[1] Et quod talia portabit et quod [talia portabit] voluntate Patris, manifeste denuntiavit, quod[c] voluntate Patris cruciatus subiturus erat[2].

76. Et Zacharias ita dicit[3]: «Gladie suscitare super pastorem meum et super hominem proximum meum. Percute pastorem et[d] dispergentur oves gregis.» Et hoc factum est, quando comprehensus est a Iudaeis[4]. Nam deseruerunt eum omnes discipuli timentes, ne forte[e] morerentur cum eo[f]. Nam adhuc neque etiam ii firme credebant in eum, donec a mortuis resuscitatum viderunt eum[5].

77. Iterum dicit [Spiritus Sanctus[g]] in duodecim prophetis: «Et vinctum eum attulerunt oblationem regi.»[6] Nam Pontius Pilatus procurator erat Iudaeae[7] et inimicitias aemulationis[h] habebat eo tempore cum Herode[8], rege Iudaeorum[9]. Eo igitur tempore Christum adductum ad eum vinctum Pilatus misit ad Herodem[10] licentiam[i]

[1] Ps 88, 39—46. [2] Lc 22, 42. Io 3, 16.
[3] Zach 13, 7. [4] Mt 26, 37. Mc 14, 50.
[5] Mc 16, 14. Lc 24, 25 38. Io 20, 25.
[6] Os 10, 6. [7] Lc 3, 1. [8] Lc 23, 12.
[9] Mc 6, 14; cf. Lc 1, 5; Mt 2, 22, qui loci inter se hic confusi videntur. [10] Lc 22, 7.

[a] TM: du hast verkürzt. [b] TM: du hast umhüllt (?).
[c] Haec propositio rationem assignat, qua propheta in antecedente propositione annuntiatum praedixit.
[d] TM: damit.
[e] TM: womöglich, falso pro: wie es allerdings möglich war.
[f] TM: womöglich nicht mit ihm zu sterben.
[g] Sive: Christi. [h] Sive: invidiae. TM om.
[i] Sive: mandatum.

dans ei, ut interrogaret, firmiter scire[a] quid vellet de eo[1], opportunam[b] occasionem[c] regem placandi nactus Christum[2].

78. Et in Ieremia ita annuntiat [Spiritus Sanctus[d]] eius mortem et ad inferos descensum dicendo[e]: «Et recordatus est Dominus Sanctus Israel mortuorum suorum, antea dormientium in pulvere[f] terrae, et descendit ad eos, ut evangelizaret redemptionem suam, ut liberaret[g] eos.»[3] Hoc loco et rationes[h] mortis eius reddit, nam ad inferos eius descensus redemptio[i] defunctorum erat[4].

79. Et iterum de cruce eius Isaias ita[k] dicit: «Expandi manus tota die ad populum incredulum et aversum (facie).»[5][l] Nam hoc crucis signum est. Et etiam manifestius David dicit: «Undique circumdederunt me canes venatici, congregatio malignantium circa me facti sunt. Foderunt manus meas et pedes.»[6] Et iterum dicit: «Factum est cor meum tamquam cera liquescens[m] in

[1] Lc 23, 8 9. [2] Lc 23, 12.

[3] Dictum apocryphum iam apud *Iustinum*, Dialog. 72 citatum; vide Harnack in huius operis TMi versione germanica[2] 63. 1 Petr 3, 19. 1 Tim 3, 16. [4] Rom 14, 9. 2 Tim 4, 1. 1 Petr 4, 6.

[5] Is 65, 2. [6] Ps 21, 17. Act 2, 23.

[a] TM «firmiter scire» non a «quid vellet» dependere existimat, sed ab «interrogaret», quare finali charactere verborum supposito vertit: auszufragen, um genau zu wissen, was er in bezug auf ihn wollte. Graece videtur mihi scriptum fuisse: *πυνθάνεσθαι ἀσφαλῶς εἰδέναι ὅσα περὶ αὐτοῦ ἐθέλει.*

[b] TM om. [c] TM minus recte: Vorwand. [d] Sive: Christi.

[e] TM om. [f] TM om. [g] TM: zu erretten.

[h] TM: erklärt er die Ursachen; graece videtur supponendum: *τοὺς λόγους τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἀποδίδωσιν.*

[i] TM addens particulam: zur Errettung.

[k] TM ordinem verborum mutavit.

[l] TM ordinem verborum mutavit: meine Hände.

[m] TM: wie zu Wachs zerflossen.

medio ventris mei[a] et ad extra miserunt[b] ossa mea.»[1] Et iterum dicit: «Parce animae meae a gladio et [e manu canis erue] meum corpus[c], nam malignantium congregatio exsurrexit super me»[2], his (dilucide) manifeste significat crucifigi ipsum[d]. Sed[e] etiam Moyses idem (hoc) ita dicit populo: «Et erit tua vita pendens ante oculos tuos, et timebis[f] die et nocte neque confides[g] vitae tuae.»[3]

80. Et iterum David dicit: «Illi in me[h] conspexerunt, diviserunt sibi vestimenta mea et super tunicam meam[i] miserunt sortem.»[4] Nam crucifigendo eum[k] milites vestimenta[l] diviserunt[5], secundum quod assuefacti erant, et vestimentum conscissum diviserunt. Sed de tunica et[m]

[1] Ps 21, 15. [2] Ps 21, 21. [3] Dt 28, 66.
[4] Ps 21, 19. [5] Mt 27, 35. Mc 15, 24. Lc 23, 34.

---

[a] TM: in meinem Innern.

[b] S. disperserunt; Vulg.: dispersa sunt. TM: auseinandergetrieben (?).

[c] Quae in [ ] posui, in textu armeno incerta est lectio. Aut verba habes, quae ex Ps 21, 21 verbis: «et de manu canis unicam meam», *καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου*, corrupta sunt, ut in armeno legendum sit «ew i brne schan im zmiatsin», aut auctor verba alius psalmi, ut TM opinatus est, nempe 118, 120: confige timore tuo carnes meas *(καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου)* cum verbis psalmi 21 coniunxit; quo facto in armeno legendum esset: «Ew jerkiuriw bewerea im zmarmins» vel «Ew jerkiuriz» etc. Quod posterius locum habere mihi verisimilius est, cum in epistola Barnabae 5, 13, sicut iam alio loco animadverti, talis coniunctio psalmi 21 cum psalmo 118 adsit et etiam pro *ῥῦσαι ἀπὸ κτλ.* legitur *φεῖσαι μου τῆς ψυχῆς κτλ.*, quod cum Irenaei verbis allatis optime congruit.

[d] TM: seine Kreuzigung. [e] TM om. [f] TM: zittern.

[g] TM: du wirst deines Lebens nicht sicher sein.

[h] TM: mich. [i] TM ordinem verborum mutavit.

[k] TM: bei seiner Kreuzigung. [l] TM addit: seine.

[m] TM om.

quod desuper texta erat neque suta[a] erat[1], sortem miserunt, ut, ad quem [sors] pertingeret[b], caperet[c] illam.

81. Et iterum dicit Ieremias propheta: «Et acceperunt triginta argenteos, pretium venumdati, quem emerant a filiis Israel, et dederunt[d] in agrum figuli, sicut imperavit mihi Dominus.»[2] Nam Iudas, factus e discipulis Christi[3], pollicitus[e] Iudaeis et constituens cum eis, quia videbat, quod volebant[f] eum interficere[4], quia ab eo reprehensus erat[5], accipiens triginta regionis stateras[6][g], tradidit eis Christum[7], et deinde contritus de eo quod fecerat, iterum reversus (foras) dedit[h] Iudaeorum principibus argentum et ipse laqueo se suspendit[8]. Sed illi non dignum[i] esse existimantes, ut in gazophylacium suum mitteretur[k], quod erat sanguinis pretium, emerunt

[1] Io 19, 23 sq. [2] Ir 32, 6 sqq. Mt 27, 10.
[3] Mt 10, 4. Mc 3, 19. Lc 6, 16.
[4] Mt 26, 14 sqq. Mc 14, 10. Lc 22, 4.
[5] Io 12, 7; 7, 71 sq. [6] Lc 22, 5. Mt 26, 15; 27, 5.
[7] Mt 26, 47 sqq. Mc 14, 43 sqq. Lc 22, 47. Io 18, 3 sqq.
[8] Mt 27, 3 sqq. Act 1, 16 sqq.

[a] In textu armeno habes instrumentalem infinitivi, ut verbum ut e verbo exprimens dicas opus sit: neque consuendo [facta] erat. Io 19, 23 inconsutilis. [b] TM: dem es zukommt.

[c] Sive [re]portaret. TM addit: auch. [d] TM addit: sie.

[e] TM relicta constructione armena in forma sententiae principalis vertit.

[f] In arm. tempus praesentis, quod error scribae litteram omittentis haberi potest.

[g] TM addit: Silberlinge, omittens substantivum «stateras». Vardanian «zgawarin staters» inde derivari posse putat, quod interpres armenus loco *νόμου στατῆρας*: *νομοῦ στατῆρας* legerit. *Νόμου στατῆρες* essent in prophetis sive in V. T. annuntiati argentei (cf. l. c. 327).

[h] TM: lieferte zurück; loco «foras dedit» forte melius dici potuit: «edidit» sive «reddidit».

[i] TM: angängig. [k] S. mitterent.

eo[a] campum, qui erat figuli cuiusdam, in sepulturam peregrinorum[b] [1].

82. Et in crucem evehendo[c] eum, cum postulasset potum, acetum felle mixtum, potum[d] praebuerunt[2]. Et idem hoc per David narratum est: «Dederunt in escam mihi fel[e] et in siti mea[f] potum mihi praebuerunt[g] acetum.»[3]

83. Et quod a mortuis resuscitatus futurum erat ut in caelum elevaretur[h], ita dicit David: «Currus Dei decem milia multiplex, milia rectorum, Dominus in eis in Sina in sanctitate[i]; ascendit in alta, captivam duxit captivitatem, accepit, dedit[k] dona hominibus.»[4] Et captivitatem appellat[l] destructionem dominii qui defecerant angelorum. Et annuntiavit etiam locum, unde ascensurus erat in caelum a terra[m]. Nam Dominus, inquit, e Sion ascendit in altum[n]. Nam in [sito] in facie Ierusalem monte, qui vocatur olivarum, post resurrectionem suam[o] a mortuis congregans[p] discipulos suos et in mentes im-

[1] Mt 27, 7 sqq. Zach 11, 13.
[2] Io 19, 28 sq.; cf. Mt 27, 34. Mc 15, 23. [3] Ps 68, 22.
[4] Ps 67, 18.

[a] Accuratius verteres: ex eo. [b] TM: zum Fremdenbegräbnis.
[c] TM: nachdem man ihn gekreuzigt hatte.
[d] TM: zum Trinken angeboten.
[e] TM ordinem verborum mutavit. [f] TM: als mich dürstete.
[g] TM: tränkten, quamquam eodem verbo Irenaeus usus sit, quod TM ante «zum Trinken anbieten» vertit.
[h] TM: fahren sollte. [i] TM: im Heiligtum.
[k] TM: verlieh. [l] TM: meint er.
[m] TM ordinem verborum mutavit.
[n] TM: empor. [o] In armeno: eius.
[p] TM hoc et sequentia participia in forma sententiae principalis vertit.

primens eorum ea [quae sunt] de regno caelorum, videntibus illis[a] (quod)[b] elevatus est[1]. Et viderunt, quomodo apertum receperit eum caelum.

84. Idem hoc rursus dicit David: «Attollite, principes, portas vestras, et[c] elevamini[d], portae aeternales[e], et[f] introibit rex gloriae.»[2] Nam portae aeternales sunt caelum. Sed quod Verbum descendit invisibile[3] creaturis[g], non cognoscebatur, cum descenderet[h], ab iis. Quod[i] incarnatum est[k] Verbum, etiam[l] visibile ascendit ad supra. Et cum viderent[m] eum dominationes, interiores angeli illis, qui in firmamento erant, vocaverunt: «Attollite portas vestras, et[n] elevamini[o], portae aeternales[p], ut introeat rex gloriae.» Et illis admirantibus et dicentibus[q]: «Quis est hic?»[4] qui modo viderunt eum; testificantur secunda vice: «Dominus fortis et potens, hic est rex gloriae.»[5]

[1] Lc 24, 50 sq. Act 1, 9 12. [2] Ps 23, 7.
[3] Sap 18, 15. [4] Ps 23, 8. [5] Ps 23, 10.

---

[a] TM (addens: und hier): haben sie gesehen.

[b] TM: wie. Mutatione et additione, quae n. a et b significantur, TM constructionem «anacoluthi» textus armeni superavit, sed etiam faciem eius alteravit. Particulam «zi» ante armenum verbum pro «elevatus est» positam puto delendam esse.

[c] TM: ja. [d] TM: erhöht euch.

[e] TM: uralt. [f] TM: daß.

[g] Verbo armeno accuratius congrueret, si scribas: factis.

[h] In textu armeno instrumentalis infinitivi. TM: davon.

[i] TM: nun. [k] TM: war.

[l] TM: und; particulam «zi» ut delendam neglexi.

[m] In arm. «zi» et instrumentalis infinitivi.

[n] TM: ja. [o] TM vide notam d.

[p] Vide notam e. [q] TM: fragten.

[r] TM: bezeugten.

SECTIO TERTIA.

Prophetiae Veteris Testamenti quomodo impletae sint in Ecclesia christiana, regno Christi.

85. Et quod[a] resuscitatus [est] et elevatus, a dextra Patris (positus) permanet[b] definitum tempus a Patre iudicii subactis[c] ei omnibus hostibus[1]. Et[d] hostes omnes illi, qui in rebellione inventi sunt, angeli et archangeli et dominationes et throni[2], qui veritatem contempserunt[3]. Et ipse quidem propheta David ita dicit: «Dixit[e] Dominus ad Dominum meum: sede ad dextram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedes[f] tuos.»[4] Et quod illuc ascendit, unde etiam descendit, David dicit: «E summis, e caelo[g] egressio eius et requies[h] eius usque ad summum caeli.»[5] Deinde iudicium eius significat dicendo: «Neque est, qui[i] se abscondat a calore eius.»[6]

86. Ergo, si prophetaverunt prophetae Dei Filium supra terram appariturum esse, et prophetaverunt, ubi in terra et quomodo et quis[k] narraret[l] [eum] apparere, et

[1] I Cor 15, 25. [2] I Cor 15, 24. [3] Io 8, 44.
[4] Ps 109, 1. [5] Ps 18, 7. [6] Ps 18, 7.

---

[a] TM: so.

[b] In textu armeno idem verbum habes, de quo p. 83 nota l et p. 99 nota l disserebatur. [c] TM: refert ad: definito tempore etc.

[d] TM: aber. [e] TM addit: so. [f] Cf. c. 48.

[g] TM: Von einem Ende des Himmels. Accuratius redderes: e summorum caelo, vel cum emendatione textus («jerkni» loco «jerknē» legens): e summis caeli. [h] TM: Heimgang.

[i] TM contra textum LXX et Vulg.: Und nichts.

[k] TM: und in welcher Weise, omittens: «jew worbisi patme», quae verba ad praecursorem Domini (cf. Mt 3, 3; Mc 1, 2; Lc 3, 4) spectare existimo; cf. c. 41.

[l] TM om.; videtur hic Irenaeus de vaticiniis etiam agere, quae ad praecursorem Domini spectant, sicut etiam Mt 3, 3; Mc 1, 2 sqq.; Lc 3, 4 sqq.

omnia haec prophetata Dominus suscepit in ipsum, firma erat[a] nostra in eum fides et vera praedicationis traditio, id ipsum est apostolorum testimonium, qui missi a Domino in toto mundo[b] praedicaverunt[1] Filium Dei venisse ad cruciatus[2], sustinuisse[c] ad destructionem mortis[3] et in vivificationem carnis[4], ut quae in Deum erant, inimicitias, quae sunt iniquitas[d], foras ponendo[e] pacem susciperemus[f] cum eo placita ei faciendo. Et hoc annuntiatum est per prophetas, cum dicerent[g]: «Quam pulchri pedes evangelizantium[h] pacem, et evangelizantium[h] bona.»[5] Et quod hi[i] ex Iudaea et e Ierusalem egressuri erant ad annuntiandum nobis verbum Dei, quod[k] etiam lex est nobis, Isaias ita dicit: «Quoniam[l] ex Sion egredietur lex et verbum Domini e Ierusalem.»[6] Et quod in tota terra erant praedicanda[m], David dicit: «In omnem terram[n] egressus est[o] sonus eorum et in universum orbem[p] mundi verba eorum.»[7]

87. Et quod non secundum multiloquium legis, sed secundum brevitatem fidei et caritatis salvandi[q] erant homines, Isaias ita dicit: «Verbum abbreviatum et praecisum iustitia; nam verbum praecisum faciet Dominus in toto mundo.»[8] Et propter haec apostolus Paulus

[1] Mc 16, 20. [2] Act 2, 22 sqq.; 13, 27 sqq.
[3] 2 Tim 2, 10. Hebr 2, 14. [4] Rom 8, 1. 1 Cor 15, 22.
[5] Is 52, 7. [6] Is 2, 3. [7] Ps 18, 5. [8] Is 10, 28.

[a] TM: ist. [b] TM: in alle Welt.
[c] Sive: passum esse. [d] TM: frevelhaft.
[e] Seu removendo. [f] TM: zum F. kommen.
[g] In textu arm. instr. infinitivi. TM om.
[h] TM: der Freudenboten. [i] TM: sie. [k] TM: was.
[l] TM om. [m] TM declinans a textu activam formam adhibet.
[n] TM: in alle Welt. [o] TM: geht aus.
[p] TM: bis ans Ende des Erdkreises. [q] TM: leben.

dicit: «Plenitudo legis caritas est.»[1] Nam qui diligit Deum, legem[a] implevit[2]. Sed etiam Dominus, quando interrogatus fuit[b], quod esset primum mandatum[c], dixit: «Diliges Dominum Deum tuum e[d] toto corde et e[d] tota virtute, et secundum simile est huic: diliges proximum[d] sicut te ipsum. In duobus his mandatis, inquit, tota lex pendet et prophetae.»[3]

Ergo auxit per nostram in eum [exercitam] fidem, quae erga Deum et erga proximum [est], caritatem, pios nos et iustos et bonos reddens[e]. Et propter hoc[f] verbum praecisum fecit super terram in mundo.

88. Et quod post ascensionem elevandus erat super omnia, neque erit qui conferatur[g] et comparetur cum eo, Isaias ita dicit: «Quis est qui iudicet? Palam[h] se sistat? Et quis est qui iustificetur? Approquinquet ad Filium Dei! Vae vobis, quod omnes consenescetis[i] sicut vestimentum, et tinea comedet vos. Et diminuta[k] humiliabitur omnis caro, et elevabitur Dominus solus inter elevatos.»[4] Et quod in fine per eius nomen salvandi erant, qui serviebant Deo[l], Isaias dicit: «Et illis, qui serviunt mihi, vocabitur nomen novum, quod benedicetur super terram, et benedicent[m] Deum verum.»[5] Et

[1] Rom 13, 10.
[2] Rom 13, 8. Gal 5, 14, ubi hoc de caritate proximi dictum est.
[3] Mc 12, 30; cf. Mt 22, 37 sq.
[4] Is 2, 11 17; 50, 8 sqq. [5] Is 65, 15 sq.

---

[a] Seu leges. [b] TM: gefragt wurde. [c] TM: Hauptgebot.
[d] TM apponit: dein. [e] TM: wodurch wir wurden.
[f] TM adiungit: (ist es gesagt). [g] TM neglexit.
[h] Seu in faciem prodeat. [i] TM: zerfallen werdet.
[k] TM neglexit. [l] TM ordinem verborum mutavit.
[m] TM: preisen, quamquam in textu armeno idem verbum, quod antea «segnen» vertit, habetur.

quod benedictionem eam ipse in persona erat facturus et ipse nos redempturus suo sanguine[a], Isaias annuntiavit dicendo[b]: «Non advocatus[c], non angelus, sed ipse Dominus vivificavit eos, quod amat eos et parcit eis. Idem[d] ipse[d] redemit eos.»[1]

89. Redempti quod [sunt], non vult ad Mosaicam convertere legislationem, nam impleta est lex a Christo[2], sed ut per [eam quae est] a Filio Dei fidem et caritatem viverent in novitate verbo[e], Isaias annuntiavit dicendo[f]: «Ne recordemini priora, et [quae fuerunt] ab initio[g] [ne] inferatis in mentem. Ecce facio novum, quod nunc exorietur, et cognoscetis. Et faciam desertum (in) viam[h] et in sicco[i] fluvios, ut potum praebeam nationi meae electae et populo meo, quem acquisivi, ut virtutes meas enarraret.»[3] Et desertum et siccum prius erat vocatio gentium. Nam neque Verbum transgressum erat ad eos[k], neque Spiritus Sanctus potum praebuerat eis, qui novam viam paravit[l] pietatis et iustitiae. Et fluvios abundanter [Deus] eructavit[m], Spiritum Sanctum ut seminaret[n] super terram, sicut per prophetas promiserat,

[1] Is 63, 9. [2] Rom 10, 4. Gal 4, 4 sq. [3] Is 43, 18 sqq.

[a] TM ordinem verborum mutavit.

[b] TM: in den Worten. [c] TM: Vermittler (?).

[d] Neglecto textu TM «Idem» omisit et verbum «redemit» ad subiectum, quod in «quod amat eos» continetur, retulit.

[e] Fortasse TM «baniw» emendandum esse duxit; cf. Vardanian l. c. 328. TM: nach dem neuen Wesen des Wortes.

[f] TM: folgendermaßen. [g] TM: was einst geschah.

[h] TM om. [i] TM: in der wasserlosen Einöde.

[k] TM: ging durch sie. [l] Seu aperuit.

[m] TM putat hoc verbum referendum esse ad Sp. S. tamquam ad subiectum neque incipit novam Irenaei textus Isaiae declarationem.

[n] TM hoc verbum cum «eructavit» coordinans, quamquam in textu illic perfectum, hic infinitivus praesentis habeatur: d. h. er hat ausgestreut.

in fine dierum se effusurum esse Spiritum super faciem terrae[1].

90. Ergo cum novitate spiritus est vocatio nostra nec in vetustate litterae[2][a], sicut Ieremias prophetavit: «Ecce[b] dies veniunt, dicit Dominus, et[c] perficiam domui Israel et domui Iacob foedus testamenti[d], quod pepigi cum patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos e terra Aegypti. Nam ii non firmiter perseveraverunt[e] in foedere, et ego neglexi eos, dicit Dominus. Nam[f] hoc est foedus testamenti, quod pepigi cum domu Israel post dies hos, dicit Dominus; dans legem meam in mentem eorum (et) in corda eorum scribam eam. Et[g] ero illis Deus, et ii erunt mihi populus. Neque amplius docebit unusquisque civem[h] suum neque unusquisque fratrem suum dicens: Cognosce Dominum! nam omnes cognoscent me a minimo usque ad maximos eorum. Nam propitius ero et placabilis[i] peccatis iniustitiarum eorum, neque peccata eorum amplius recordabor.»[3]

[1] Ioel 3, 1—5; 2, 28—32. Act 2, 17 sqq.
[2] Rom 7, 6. [3] Ir 31, 31—34; cf. Hebr 8, 8 sqq.

---

[a] In textu armeno habes «in vetustate nostra», sed verbum, quod in armeno «nostra» significat, facillime in scribendo vel legendo cum verbo commutatur, quod «littera» significat. Quam commutationem hic accidisse supposui, cum Rom 7, 6 quae sibi invicem opponuntur novitas Spiritus et vetustas litterae Irenaeo pro oculis versata esse crederem. TM vertit: in unserem alten (Wesen); cum tamen hanc emendationem textus S. Scripturae locum non laudans proposuisset.

[b] TM: fürwahr. [c] TM: da.

[d] Duo substantiva in unum complexus TM: Bund.

[e] Cf. p. 83 nota 1 etc. [f] TM: Vielmehr.

[g] TM addit: so. [h] TM: einer den andern.

[i] TM neglexit.

91. Et quod promissa haec [facienda] e gentibus vocatio[a] hereditate erat acceptura, (in) quibus etiam novum apertum est testamentum, Isaias ita dicit: «Hoc[b] dicit Deus Israel: in die illo sperabit[c] homo in factorem suum, et oculi eius in Sanctum Israel respicient, neque sperabunt[d] in templa neque in opera manuum suarum, quae fecerant digiti eorum.»[1] Nam[e] manifestius haec ad idola derelinquentes[f] et credentes Deo, factori[g] nostro, per Sanctum Israel[h] dicta sunt; et Sanctus Israel est Christus[2]. Et conspicuus hominibus factus est[3][i]. Ad quem ante oculos constitutum conspicimus nos. Non speramus[k] in templa neque in opera manuum nostrarum.

92. Et quod inter nos futurum erat ut appareret, quia filius hominis factus est Filius Dei, et [ut] inveniretur a nobis, qui antea scientiam [eius] non habebamus, in Isaia ipsum verbum ita dicit: «Apparui [iis], qui me non quaerebant; inventus sum[l] [ab iis], qui me non sciscitabantur. Dixi: ecce (hic) sum genti [eorum], qui[m] non invocaverunt nomen meum.»[4]

[1] Is 17, 7 sq. [2] Mc 1, 24? Lc 4, 24. Io 6, 70? [3] Io 1, 14. 1 Io 1, 1. [4] Is 65, 1.

---

[a] TM: Berufung *der* Heiden. [b] TM: so.

[c] Accuratius redderes: «confisus erit», cum armenus interpres graecum πεποιθὼς ἔσται imitatus sit. TM: anschauen.

[d] Seu confisi erunt. TM: umschauen. [e] TM: also.

[f] Si [nos] adiungas sensum declarans ex sequentibus defendi poteris.

[g] TM: Herrscher.

[h] TM per «Sanctum Israel» ad credentes etc. refert.

[i] TM antecedentia quattuor vocabula omisit praeter «hominibus», quod sequenti sententiae post «ad quem« adiunxit. [k] TM om.

[l] TM: ich ließ mich finden (?).

[m] Versio armena typum graeci textus LXX pluralem adhibentis fideliter expressit. TM pluralem textus negligens: das . . . anrief.

93. Et quod gens haec ut populus sanctus fieret (fiat), futurum erat (est), in duodecim prophetis per Oseam ita annuntiatum est: «Vocabo[a] non populum[b] populum meum[c], et non dilecta[d] dilecta[1] erit. In loco, in quo vocatum fuerit non populus meus, illic vocabuntur filii Dei viventis.»[2] Hoc ipsum est et a Ioanne Baptista dictum[e]: «Quod potest Deus e lapidibus suscitare filios Abrahae.»[3] Nam e lapideis servitiis corda nostra (procul) avulsa [et] detracta[f] per fidem vident[g] Deum et filii fiunt Abrahae fide iustificati.»[4] Et propter hoc per Ezechielem prophetam Deus dicit: «Et dabo eis cor aliud et Spiritum novum dabo eis[h]. Et (procul) avulsum[i] detraham cor lapideum e corpore eorum, et dabo[k] eis cor aliud carneum, ita ut in mandatis meis ambulent et iura mea custodiant et faciant[l] ea. Et erunt[m] mihi in populum, et ego ero eis in Deum.»[5]

94. Itaque per novam vocationem mutatio cordium in gentibus gignitur per Verbum Dei, quando incarnatum est et tabernaculum[n] constituit [cum] hominibus, sicut et discipulus eius Ioannes dicit: «Et Verbum eius caro

[1] Rom 9, 25. [2] Os 1, 10; 2, 24 (LXX).
[3] Mt 3, 5. [4] Rom 4, 3. [5] Ez 36, 26 sqq.

[a] TM: Ich werde sagen.
[b] TM: Nicht *mein* Volk, addens: mein. [c] TM addit: bist du.
[d] Genus secundum epistolam ad Romanos determinavi; in textu armeno errore scribae accusativus adhibetur, nisi scriba erravit, cum «erit» adderet; nam cum in textu graeco καὶ ἔσται (in armeno «jew jeghizi») sequatur, error ex falsa lectione textus biblici iam in graeco archetypo oriri potuit. [e] TM: das Gesagte.
[f] TM: freigemacht. [g] TM: schauen wir.
[h] TM: in ihr Inneres. [i] Vel avellens. [k] TM: verleihen.
[l] TM: ausüben (?). [m] TM praemisit: so.
[n] In armeno habes vocabulum, quod S. Scripturae graecum ἐσκήνωσε apte exprimit.

factum est et habitavit in nobis.»[1] Propterea etiam plures fructus fert Ecclesia[a] salvatorum[2]; nam neque amplius advocatus Moyses neque angelus Eliae[3], sed ipse Dominus salvavit[b] nos, plures liberos praebens Ecclesiae [quam] priorum synagogae[c], sicut Isaias annuntiavit dicendo: «Laetare, sterilis, quae non paris.»[4] Et sterilis Ecclesia est[5], quae quidem in omnibus antecedentibus temporibus non exhibebat filios Deo: «Clama et vociferare, quae non parturiisti, quia multi sunt filii desertae[d] magis quam [eius] quae virum habet.»[6] Et[e] virum habebat prima synagoga, legem[7].

95. Sed etiam Moyses in Deuteronomio futuras esse dicit gentes in caput[f] et incredibilem populum in finem[8g] et iterum dicit: «Vos ad aemulationem provocastis me in non-diis[h] et ad iram provocastis me in idolis[i] vestris,

[1] Io 1, 14. [2] Gal 4, 26 sq.
[3] 4 Reg 1, 15. Mt 17, 11. Io 5, 46. [4] Is 54, 1.
[5] Gal 4, 26. [6] Is 54, 1. [7] Rom 7, 1 sqq.
[8] Dt 28, 44.

[a] TM: ist die Kirche so sehr fruchtbar an.

[b] TM hoc verbum non etiam ad «Eliam» et «Moysen» refert, sed advocatus est: «ist Fürsprecher», ut praedicatum ad Moyses et Elias trahit.

[c] Verti supponens in textu armeno particulam «khan» = «quam» excidisse eamque supplens, quodsi non placuerit cum TM, vertendum esset: «primitiarum collectioni». Sed cum in fine idem substantivum sicut hic pro «synagoga» positum et in textu armeno particula «zi» signum accusativi adsit, etiam comparatio locum habeat, mihi videtur emendatione textus hic opus esse.

[d] TM: Vereinsamten. [e] TM: nämlich.

[f] TM: die ersten. [g] TM: das letzte.

[h] LXX: ἐπ᾽ οὐ θεῷ, similiter Vulg. et M. Sed versio armena S. Scripturae reddit pluralem.

[i] TM: durch Götzen, addens: nichtige.

et ego ad aemulationem provocabo vos non-gente[a] et insipiente gente in iram provocabo vos[1]. Propter quod illi entem Deum reliquerunt et non entibus servierunt deis, et Dei prophetas occiderunt, et Baal, cui erat idolum Chananaeorum, prophetabant[2], et entem Filium Dei contemnentes reiecerunt, sed Barabbam latronem in occisione comprehensum eligebant, et aeternum regem negaverunt et temporalem caesarem regem suum confitebantur[3 b], placuit Deo insipientibus gentibus et quae non erant in obsequio Dei et quae nesciunt quid sit Deus, praebere suam hereditatem. Itaque per hanc vocationem data vita et denuo [, quae] in se [est,] perficiente Deo in nobis Abrahae fidem, non amplius debemus ad praeteritam partem[c] redire, hoc ipsum dico[d] ad primam legem. Nam accepimus legis Dominum Filium Dei. Et per [habitam] in eum fidem docemur amare Deum e toto corde et proximum sicut [nosmet] ipsos. Sed Dei dilectio sine ullo est peccato[4], et erga proximum dilectio non operatur proximo malum[5].

96. Propterea neque lege opus est nobis paedagogo[6]. Ecce cum Patre loquimur et coram facie eius transimus et stamus, infantes facti quantum ad malitiam[7], roborati quantum ad omnem[e] iustitiam et honestatem. Nam non amplius dicet lex[8]: ne adulteraveris! ei, cui[f] neque etiam[g] cupiditas venit mulieris alterius[9]; neque etiam:

[1] Dt 32, 21 (LXX). [2] Ir 2, 8.
[3] Mt 27, 15 sqq. Lc 23, 17 sqq. [4] 1 Petr 4, 8. [5] Rom 13, 10.
[6] Gal 3, 24. [7] 1 Cor 14, 20. [8] Ex 20. [9] Mt 5, 28.

[a] Hic demum habes casum instrumentalem, non autem in duobus superioribus membris, ubi TM nihilominus eodem modo vertit.
[b] TM: *haben* bekannt. [c] TM neglexit. [d] TM: ich meine.
[e] TM om. [f] In textu armeno nominativus?
[g] In textu armeno invenies «ankam» loco «angam».

non occides! ei, qui omnem iram et inimicitias a se (procul) abstulit[1], non concupisces agrum proximi tui aut bovem[a] aut asinum[a]! iis, quibus[b] nihil omnino terrenorum curae est, sed qui caelestes accumulant fructus. Neque: oculum pro oculo et dentem pro dente ei[2], qui[c] nullum hominem inimicum, sed omnes proximos existimat et propterea neque etiam manum ad ultionem extendere potest. Non decimas postulabit ab eo, qui omnes possessiones suas devovit[d] Deo, et qui reliquit[e] patrem et matrem et cognationem totam[3] et secutus est[f] Verbum Dei. Neque iubebitur unum diem requietis vacare[g], qui semper Sabbatum observat, id ipsum est in templo Dei, quod est corpus hominis[4], servitium cultus[h] faciendo Deo et omni tempore operando iustitiam. «Nam misericordiam», inquit, «volo et non sacrificium[5], et scientiam Dei magis[i] quam holocausta.» «Verum iniquus, qui sacrificare facit mihi vitulum[k], tamquam si immolaret[l] canem, et qui offert similam[m] sicut sanguinem

[1] Mt 5, 22. [2] Mt 5, 38. Ex 21, 14. Lv 24, 20. Dt 19, 21.
[3] Mt 19, 29. [4] 1 Cor 3, 16 sq.
[5] Os 6, 6. Mt 9, 13.

---

[a] TM addit: seinem.

[b] In textu armeno legis nominativum singularis, quem participii dativus sequitur; error scribae?

[c] Iterum nominativum cum dativo participii praesentis in textu armeno legis.

[d] Cum ablativo participii praesentis iungit hic textus armenus nominativum participii aoristi. [e] TM: verläßt. [f] TM: nachwandelt.

[g] TM: einen Tag in Ruhe und Muße zubringen.

[h] TM: den würdigen Dienst.

[i] Nisi verteris: «et scientia Dei melior quam holocausta», quod mihi non verisimile esse videtur. Loco «magis» TM vertit: und nicht.

[k] Seu sacrificat? TM addit: ist er. [l] TM: würgen.

[m] TM: Speiseopfer.

porcinum.»[1] «Sed omnis, qui invocabit nomen Domini, salvabitur.»[2] «Et[a] nomen Domini aliud non est datum sub caelo, per quod salvantur homines[3], nisi Dei qui est Iesus Christus[b] Filius Dei, cui et daemonia oboediunt[4] et spiritus mali et omnes rebelles virtutes.

97. Per invocationem nominis Iesu Christi, crucifixi sub Pontio Pilato, separatur [et] seiungitur[c] [daemonium?] ab hominibus, et ubicumque aliquis invocabit[5] deprecando eum e credentibus ei et faciendo[d] eius voluntatem, prope (et praesens) adest perficiendo preces horum, qui mundo corde deprecantur eum. Quo redemptionem adipiscendo semper laudamus[e] Deum, qui per multam suam inscrutabilem et investigabilem sapientiam salvos facit[f] nos et redemptionem praedicat[f] e caelo, quae est visibilis adventus Domini nostri, hoc est hominis[g] eius vitae institutum et ratio[h]. Quod nos a nobismetipsis[i] accipere non potuimus. Nam impossibilia apud homines possibilia sunt[k] apud Deum[6]. Propter hoc et Ieremias

[1] Is 66, 3. [2] Ioel 2, 32 (Mt 3, 5). Rom 10, 13. [3] Act 4, 12.
[4] Mc 1, 27. [5] Io 15, 7 16; 16, 23. [6] Lc 18, 27.

---

[a] TM: doch. [b] TM: d. h. Jesu Christi.

[c] TM: findet eine Scheidung statt. Mihi, cum prius TM assensus sim, nunc videtur subiectum in textu armeno excisum esse et, ex eis, quae in fine praecedentis capitis dicta sunt, supplendum esse, sc. daemonium vel Spiritus malus. Si, sicut TM praesupponit, de separatione facienda sermo esset (cf. Lc 2, 34), quare non de altera parte separati generis humani aliquid in sequentibus dicitur? Nec defuerunt linguae armenae substantiva, quibus «Scheidung» significari potuit.

[d] TM: tun werden. [e] TM: danken.

[f] In arm. nomina agentis. [g] Gen. qualitatis.

[h] Vox in textu armeno adhibita graecum πολίτευμα reddere videtur. Quae de hoc loco «Randglossen» 36 dixi, non omnia adhuc sustineo.

[i] TM: allein. [k] In textu armeno: possibile est.

de eo dicit: «Quis ascendit in caelum et accepit eam et deduxit eam de nubibus? quis transiit trans mare, invenit eam et transvehet (ex) electo[a] auro. Non est qui invenerit viam eius, et non [est] qui (in mente) cognoscat semitas eis. Sed qui scit omnia, cognoscit eam sapientia sua, qui constituit terram in aeterno tempore, implet eam arvina, [et] quadrupedibus, qui emittit lucem et circumit[b], vocavit eam, et oboediit[c] ei timore[d], et stellae lucebunt in custodiis[e] suis, et laetae factae sunt[f]. Vocavit[g] eas, et dixerunt: ecce [ad]sumus. Luxerunt laetitia ei[h], qui fecit eas. Hic est Deus noster, non censeatur alius cum eo. Invenit omnem viam intellectu [suo] et dedit eam Iacobo servo suo et Israeli dilecto ab eo[i]. Post haec in terra apparuit et cum hominibus ambulavit. Is liber mandatorum Dei et legis, quae sunt in aeternum. Omnes qui habent eum, in vita [erunt]; verum qui reliquerunt eum, morientur.»[1] Verum Iacob et Israel [hic] Filium Dei appellat, qui accepit potestatem a Patre circa vitam nostram et, postquam accepit[k], deduxit[k] nobis, his, qui procul sumus ab eo, quando in terra apparuit[l] et cum hominibus ambulavit[l], coniungens[m] et adunans[n] Spiritum Dei Patris cum creatura Dei, ut fieret homo secundum imaginem et similitudinem Dei.

[1] Bar 3, 29 — 4, 1.

[a] TM: köstlich; pro ablativo textus armeni videtur genitivus legendus esse. [b] TM om.

[c] TM: wenn er es wieder ruft, muß es ihm gehorchen.

[d] TM om. [e] TM: in ihrer Ordnung.

[f] TM: mit Freuden. [g] TM: und wenn etc.

[h] TM: um dessentwillen. [i] Sive: suo.

[k] TM supplet: es = eam sc. vitam.

[l] TM imperf. [m] TM: vermischt.

[n] TM: vermengt; vide «Randglossen» 36.

CONCLUSIO OPERIS.

Adhortatur auctor lectorem, ut secundum fidem vivat, ab haeresibus vero impiis et stultis declinet.

98. Haec est, dilecte, praedicatio[a] veritatis, et hic est modus redemptionis nostrae, et haec est via vitae, quam annuntiaverunt prophetae et confirmavit[b] Christus et apostoli commendaverunt et Ecclesia in toto mundo tradit filiis suis. Quam oportet omni sinceritate[1c] custodire sana voluntate et placendo Deo operibus bonis[2] et sana voluntate morum[d].

99. Quando[e] ne[f] Deum Patrem alium[g] quendam[h] esse[i] arbitretur quis quam eum, qui fecit[k] nos, sicut haere-

[1] 2 Cor 2, 17. [2] Act 9, 36. Col 1, 10.

[a] TM: liebliche Verkündigung; cf. quae ei Vardanian l. c. 328 opposuit. [b] TM: ausgeführt hat.

[c] TM: in aller Integrität. [d] TM: des Sinnes.

[e] TM: da. Secundum Lüdtke l. c. 260 in graeco ὅθεν praesupponendum est, quo facto «propterea» = «daher» vertendum esset. Potest autem rationabiliter in dubium vocari haec praesuppositio, cum lingua armena aptiores possideat voces, quae significationem vocis ὅθεν reddant. Solida ratione οὗ praesupponi potest, quo per modum relativae coniunctionis sequentia cum prioribus colligantur. Etiam latinae versionis voci «quando» valorem relativae coniunctionis tribuas.

[f] Ego prius «quando» et armenam vocem correspondentem particulam conditionalem esse duxi, particulam negativam sequentem delendam putavi, cum negatio prohibitiva in armena lingua sit «mi», quod non solum imperativum, sed saepe etiam coniunctivum praecedit, et modum coniunctivi, quo verbum sequitur, existimavi adhibitum, ut conditionis possibilitas doceatur. Sed advertendum est pronomen indefini-

[g] TM: verschieden von. [h] TM neglexit.

[i] TM neglexit. [k] Sive: creatorem nostrum.

tici arbitrantur! Ens increatum Deum[a] vilipendunt et non ens aliquod idolum constituunt[b] et patrem sibi altiorem quam creatorem nostrum excogitant[c]. Maius aliquid[d] quam veritatem arbitrantur ipsos invenire[e]. Nam[f] omnes hi impii et blasphemi contra suum creatorem et contra Patrem sunt, sicut in horum[g] reprehensione et destructione falsi nominis scientiae[1] ostendimus. Et alii rursus adventum Filii Dei et mysterium[h] incarnationis eius contemnunt, quod apostoli commendaverunt et prophetae prius annuntiaverunt summam fore humanitatis, sicut per pauca[i] ostendimus tibi. Et tales cum infidelibus[k] locentur in numero[2]. Et alii dona Spiritus Sancti non recipiunt et (procul) abiiciunt a se gratiam propheticam[3], qua homo irrigatus[l] producit[m] vitam Dei. Et ii sunt ab Isaia, de quibus dictum est: «Nam fiant», inquit, «sicut terebinthus foliis privata, et sicut hortus qui aquam non habet[n].»[4] Et tales ad nihilum sunt utiles Deo, quod nihil possunt fructus afferre.

100. Itaque adversus tria capita[o] signi[p] nostri error valde aberrans egit a veritate. Nam, sive Patrem con-

[1] 1 Tim 6, 20. [2] Lc 12, 46. [3] 1 Thess 5, 20.
[4] Is 1, 30.

---

tum «wokh (okh)», quod subiectum sententiae prohibitivae est, particula «wotsch» negari, et alia exempla talis constructionis inveniri insuper in c. 22 et 36 huius operis; quare emendatio textus necessario non est facienda, etsi ordo verborum difficultate non careat.

[a] TM ordinem verborum mutavit. [b] Seu deificant.
[c] TM: schaffen. [d] TM addit: damit.
[e] TM: gefunden zu haben. [f] TM: so. [g] TM om.
[h] TM: Ökonomie. [i] TM: mit wenigen Sätzen.
[k] TM: Kleingläubige (?). [l] TM: durch deren Empfang.
[m] Accuratius verteres: «fructus fert vitae Dei».
[n] TM: fehlt an. [o] TM: Sätze. [p] Sive baptismi.

temnunt, sive Filium non accipiunt, adversus mysterium incarnationis[1] eius dicunt[a], sive Spiritum non assumunt[b], id ipsum est prophetiam contemnunt. Et a talibus omnibus nos cavere oportet et fugere[c] eorum mores, si revera volumus placere Deo et ab eo obtinere redemptionem.

[1] Eph 3, 4. Col 4, 3.

---

[a] TM praeponit: indem, de quo nihil in textu armeno.
[b] TM: empfangen. [c] TM: uns entziehen.

ADDITAMENTUM SCRIPTORIS.

Irenaei demonstratio apostolicae praedicationis.

Gloria sanctissimae Trinitati et uni Deitati, Patri et Filio et omniprovidenti Sancto Spiritui in saecula. Amen.

Deo accepti et ter beati archiepiscopi Domini Ioannis possessoris librorum, fratris sancti regis mementote in Domino, et miselli scriptoris.

INDEX ALPHABETICUS.

BR 65 .I6E4 1917	746476 Irenaeus --Apostolicae Praedi- cationis	
30	H M Buck	
JUL 5	1955 Rankin	7-19-55
	O. Rolf Olson	1957
	Richard Kaisler	
	C M Baumann	

BR 65 .I6E4 1917 Irenaeus -- Apostolicae Praedicationis

746476

30 H. M. Buck

5827 Md Ave

F. Ranke

JUL 2 1 1955

O. Rolf Olson

5482 S. Greenwood

11-27-57

Richard Koesler

Snell 4

C. M. Bowman

5482 So Greenwood

BR 65
.I6E4
1917

IRENAEI, Sancti

Episcopi Lugdonensis Demonstratio Apostolicae Praedicationis

746476